

# Septimum.

Incipit quodlibet septimum.

**S**icutum est de tribus Primo quedam per tinentia ad substantias spirituales. Secundo quedam pertinencia ad sacramentum altaris. Tertio quedam pertinencia ad corpora damnatorum. Circa substancialias spirituales querebatur Primo de cognitione earum. Secundo de fruitione anime Christi tempore passionis. Tertio de pluralitate in substancialibus spiritualibus inventa. Circa primum querebatur quatuor. Primo utrum aliquis intellectus creatus possit divinam essentiam videre immediate. Secundo utrum intellectus creatus possit simul plura intelligere. Tertio utrum intellectus angelicus possit intelligere singularia. Quarto utrum noticis quam augustinus dicit prolemetis sit accidentis vel non.

Articulus primus.

**A**ut primum sic proceditur. Ut detur quod nullus intellectus creatus possit divinam essentiam immediate videre. Intellectus enim creatus cum indifferenter se habeat ad omnia intelligibilia. non potest cognoscere determinate aliquid. nisi per obiectum suum determinetur. Sed divina essentia non est obiectum quod possit intellectum determinare quia est summa in entibus. et maxime generalis entis. et nullo modo determinatum. ergo intellectus creatus ipsam videt non potest. Preterea ad hoc quod intellectus cognoscat aliquid oportet quod fiat in actu. Nihil enim operatur fons qui est in potentia. sed fons qui est actu

Intellectus autem non fit in actu nisi secundum intelligibili informatur. Cum ergo essentia divina non possit per se ipsum informare intellectum ut formaliter faciat ipsum esse in actu oportet si dicatur per intellectum cognosci. quod per aliquam similitudinem intellectum informet ad hoc quod cognoscatur. et ita non poterit immediate nisi per similitudinem videri. Preterea ad hoc quod intellectus creatus essentiam diuinam videat. oportet quod per lumen glorie perficiatur. Sed lumen glorie est medium distans et ab ipso intellectu et ab ipsa essentia divina. que est beatitudine increata. cum lumen predictum dicatur creatura. ergo intellectus creatus non potest videre diuinam essentiam immediate. Preterea fons philosophum in tertio de anima. Sicut sensus se habet ad sensibile. ita se habet intellectus ad intelligibile. Sed ad hoc quod sensus visus suum obiectum percipiat dupli medio indiget scilicet lumine et specie que est similitudo rei visi. ergo hoc idem est necessarium intellectui in visione divine essentie. et sic non immediate eam videbitur. Sed contra est quod dicitur. i. Jo. tertio. Videbimus eum sicuti est. Preterea ad hoc quod intellectus intelligat nihil aliud videtur requiri nisi quod intelligibile fiat in actu et quod intellectui coniungatur. Sed essentia divina per se ipsam est intelligibilis in actu. cum sit immaterialis. intellectus etiam presens est. quia ut dicit augustinus. Unus uniusque rei est vicinior quam ipsa res sibi. ergo intellectus creatus essentiam diuinam poterit immediate videre. Responsio dicendum quod absque dubio tenendum est quod divina essentia in patria immediate ab intellectu glorificato videatur. Ad cuius evidenter sciendum est quod in visione intellectiva

m. i

# Quodlibet

triplex medium contingit esse. **U**nus sub quo intellectus videt, quod disponit eum ad videndum. et hoc est in nobis lumen intellectus agentis, quod se habet ad intellectum possibiliter nostrum, sicut lumen solis ad oculum. **A**lterum medium est quo videt, et hoc est species intelligibilis que intellectum possibilem determinat, et habet se ad intellectum possibilem sicut species lapidis ad oculum. Tertium medium est in quo aliquid videtur, et hoc est res aliqua per quam in cognitione alterius deuenimus. sicut in effectu videmus causam. **E**t in uno sunili vel contrariorum videtur aliud, et hoc medium se habet ad intellectum, sicut speculum ad visum corporalem. in quo oculus aliquam rem videt. **P**rimum ergo medium et secundum non faciunt mediatam visionem, immediate enim dicitur aliquis videre lapides. quis eum per speciem eius in oculo recepta et per lumen videat, quia visus non fertur in hec media, si invisibilia, sed per hec media fertur in unum visibile, quod est extra oculum. **S**ed tertium medium facit visionem mediatam. visus enim fertur primo in speculum sicut in visibile, quo mediante accipit speciem rei vise in specie vel speculo. sicut intellectus cognoscens causam in causato fertur in ipsum causatum sicut in quodam intelligibile, ex quo transit in cognitione cause. **E**t quod essentia divina in statu vie in effectibus suis cognoscitur non videmus eam immediate. **U**nde in patria ubi immediate videbitur, tale medium penitus subtraheatur. Similiter etiam non est ibi medium secundum scilicet aliqua species essentiae divine intellectum informans, quod quando aliquid videtur immediate per speciem suam, oportet quod species illa representet rem illaz secundum comple-

tum esse sue speciei, alias non diceretur res illa immediate videri, sed quodam umbram eius, sicut si similitudo lucis in oculo fieret per modum coloris, qui est lux obumbrata. **C**um autem omne quod recipitur in aliquo, recipiatur in eo per modum recipientis, impossibile est in intellectu creato similitudinem divine essentie recipi, que eam perfecte secundum totam suam rationem representet. **U**nde si per aliquam similitudinez talem essentia divina a nobis videretur, immediate non videtur, in sunt essentiam divinam, sed quandam umbram eius. **R**estat ergo quod solum primum medium erit in illa visione, scilicet lumen glorie, quo intellectus perficitur ad videndum essentiam diuinam de quo in psalmis. In lumine tuo videbimus lumen. **H**oc autem non est necessarium ad hoc quod faciat intelligibile in potentia esse intelligibile in actu ad quod est nobis necessarium lumen intellectus agentis, quia ipsa divinitas essentia cum sit a materia separata est per se actu intelligibilis. **S**ed erit necessarium tantum ad perficiendum intellectum, ad quod etiam nunc lumen intellectus agentis valet, predictum autem lumen glorie sufficienter perficiet intellectum ad videndum divinam essentiam eo quod ipsa essentia divina totaliter lux intelligibilis est. **U**nde lumen glorie ab ea in intellectus descendens facit hoc respectu divine essentie in intellectu, quod facit respectu aliorum intelligibilium que non sunt lux tantum species intellectus simul et lumen, sicut si lux sensibilis per se existeret ad eius visionem sufficeret lumen oculum perficiens sine aliqua similitudine. **N**on primum ergo dicendum quod aliquid dicatur determinatum dupliciter. Primo ratione limitacionis. Alio modo

# Septimum.

ratiōne distinctionis. **E**sſentia autē dīvīna nō eſt quid determinatū p̄mō modo. ſed ſecūdo modo. q̄ia forma nō ſumitatur nīſi ex hoc q̄ in alio recipitur. cui materia commixtatur. In eſſentia autē dīvīna nō eſt aliquid in alio receptum eo q̄ ēē eius eſt ipſa dīvīna natura ſubſt̄es quod in nulla re alia contingit. **N**az que libet res alia habet eſſe receptuz et ſic ſumitatum. et inde eſt q̄ eſſentia dīvīna ab omnībus diſtinguitur. p̄ hoc qđ eſt in alio nō recipi. ſicut ſi eſſet aliqua albedo existens non in ſubiecto. ex hoc ipſo diſtingueretur a q̄ libet albedine in ſubiecto existente. q̄ uis in ratione albedinis non eſſet recepta. et ſic nec limitata. Patet ergo q̄ eſſentia dīvīna nō eſt quid gene rale in eſſendo cum ſit ab omnībus alijs diſtinguita. ſed ſolum in cauſādo. quia id quod eſt per ſe eſt cauſa eoz que per ſe nō ſunt. **A**nde eſſe per ſe ſubſt̄ens eſt cauſa omnis eſſe in alio recepti. et ita eſſentia dīvīna eſt intel ligibile. quod poſt determinare in tellectu. **A**d ſecundum dicendum q̄ intellectus creatus ſit actu ad vi dendū dīvīnam eſſentiam p̄ luſmen glorie. et hoc ſufficit. vt dictum eſt. **A**d tertium dicendum q̄ illud lu ſmen glorie q̄uis et ab eſſentia dīvīna et ab intellectu ſit differens per eſſen tiam. non tamē facit mediata m viſionem ut ex dictis patet. **A**d q̄rtuz dicendum q̄ viſibilita nō ſunt lux tñ. et ideo oportet ad hoc q̄ viſus de ci minetur ad ea. q̄ non ſolum ſit ibi lu ſmen. ſed etiam species rei viſe. Eſſentia autē dīvīna eſt pure lux. et ideo non requirit aliquam aliam ſpeciem q̄ ipſum luſmen ut videatur. ſicut ex dictis patet.

**A**rticulus. ii.

**H**ec ſecundum ſic procedit. **C**idetur q̄ intellectus creat⁹ poſlit ſimul plura intelligere. **P**otentia enim ſenſitiva cum ſit ma terialis eſt inferior et magis contra cta q̄ intellectiva. **S**ed ſenſus poſt ſimul plura ſentire. ſicut ſenſus com munis ſimul ſentit album et dulce. dū eorum diſtinguam cognoscit. ergo intellect⁹ multo fortius poſlit ſimul plura intelligere. **P**reterea plura intelligibilia poſſunt ſimul cognosci in quantum ſunt vnum. **S**ed omnia intelligibilia ſunt vnum. in quantum ſunt intelligibilia. ergo omnia intelligibilia poſſunt ſimul cognosci. **P**reterea ſicut ſe habet intellectus in ha bitu ad intelligibile in habitu. ita ſe habet intellectus in actu ad intelligibile in actu. **S**ed intellectus in habitu ſimul plura intelligibilia cognoscit in habitu. ergo intellectus in actu. ſit plura intelligit in actu. **P**reterea ad cognitionem intellectus ſufficit ſpecies rei intelligibilis in intellectu existens. **S**ed ſpecies intelligibiles nō ſe impediunt. quin ſimul ſint in intellectu. cum non ſint contrarie. eo q̄ ſunt a materia ſeparate. ergo intellectus nō impedit quin poſlit ſimul plura intelligere. **P**reterea capaci tas intellectus eſt maior q̄ cuiuscunq̄ corporis. **S**ed aliquod corpus ē in quo ſimul poſſunt plures ſpecies etiam contrariorum fieri. ſicut patet q̄ in uno pūcto aeris in quo ſe inter ſecant due linee direcťe a duabus vi ſibilibus ad duos vidētes. eſt ſpecies triuſq̄ viſibilis. ergo multo fortius plures ſpecies actu poſſunt ſimul eſt in intellectu et ita intellectus poſt ſimul plura intelligere. **S**ed p̄tra eſt quod dicit philoſophus in ſecun do thopic. Coniungit plura ſcire. in telligere vero vnuſ ſolum. **M**elipō

m ii

# Quodlibet

sio dicendum q̄ intellectus d̄splicit aliquid intelligit scilicet primo. et ex consequenti. Ex consequenti quidē contingit plura simul intelligere in quantum habent ordinem ab vnum intelligibile primum. et hoc cōtingit dupliciter. Uno modo ex unitate ei⁹ quo intelligitur. sicut quando plura intelligibilia per unaz speciem intel liguntur. sicut intellectus divin⁹ omnia simul videt per unam essentiā suā et eodem modo intellectus creatus videns essentiam diuinam potest sic omnia videre. que per essentiaz diuinam videt. Alio modo ex unitate ei⁹ quod intelligitur scilicet quādo plura intelliguntur ut vnum. totum em̄ vnu est primo intellectum. et illa plura sunt intellecta ex consequenti in illo. sicut cum intellect⁹ intelligit linea simul intelligit partes linee. ut dicit in tertio de anima. Et similiter cum intelligit propositionem. intelligit si mul subiectum et predicatum. et cum intelligit similitudinē vel differentiā aliquorum simul intelligit ea quorū est similitudo vel differentia. Sed q̄ intellectus simul intelligat plura intelligibilia primo et principaliter est impossibile. Quis ratio est. quia intellectus sūm actum est omnino id est perfecte res intellecta. ut dicit in tertio de anima. quod quidem intelligē dum est non q̄ essentia intellect⁹ fiat res intellecta vel species eius. sed q̄ complete informatur per speciem rei intellect⁹. dum eam actu intelligit. Un intellectus simul plura actu intelligē primo id est acsi res una simul esset plura. In rebus enim materialibus videntur q̄ una res numero non p̄t esse simul plura in actu. sed plura in potentia. vt sūm dispositiōnem potest esse vnum et idem. Idem enim aer est simul potentia aqua et ignis. et p̄t

etiam simul dispositiones ad vtrūq̄ quantum ad aliquid inesse eidem. sicut si aer ex una parte calefieret et ex alia inspissaretur. sed q̄ aer simul actu sit ignis et aqua. est impossibile et similiter etiam q̄ aliquid sit simul actu lapis et ferrum. que non videntur contraria sed disparata. Intellectus autem ex ipsa ratione sue potentie ē simul potentia omnia intelligibilia. sicut et sensus omnia sensibilia. Potētia autem sensitiva per similitudines sensibilium. reducitur in actu dupli citer. Uno modo incomplete p̄ modūm dispositionis. quādo scilicet spe cies sensibiles sunt in ea ut dispositio nes. quod appellat Avicenna esse ve in thezauro. Alio modo perfecte. q̄n scilicet species sensibiles actu informāt potentiam sensitivam. et hoc vocat Avicenna apprehensionem sensus distinguiens potentias sensitivas ap̄ prehendentes ab illis in quibus sunt forme sensibiles. ut in thezauro. et similiter in intellectu in habitu sunt similitudines intelligibilium. ut dispositio nes. sed quando sunt actu intellect⁹. sunt in eo ut forme perficientes. et tunc intellectus fit omnino res intellecta. et hoc contingit per intentio nem que coniungit intellectum intel ligibili et sensum sensibili ut dicit au gustinus. Unde patet q̄ sicut una r̄s materialis nō potest esse simul plura actu. ita unus intellectus non potest simul plura intelligere primo. Et hoc est quod Alga. dicit. q̄ sicut vnu cor pus non potest simul figurari plurib⁹ figuris. ita unus intellectus nō potest simul plura intelligere. Nec p̄ dici q̄ intellectus informetur pfecte simul pluribus speciebus intelligib⁹ libus. sicut vnum corpus simul infor matur figura et colore. quia figura et color non sunt forme vniuers generis.

# Septimum.

nec i e o dē ordīne accipiūt. qz nō ordīnāt ad pficiēdū in eē vni<sup>o</sup> rōis s̄z oēs forme intelligibiles inquātū hi<sup>o</sup> sunt vni<sup>o</sup> generis. z in eodē ordīne se habēt ad intellectū. inquātū pficiūt intellectū in hoc qd est esse intellectum in actu. Unde plures spēs intelligibiles se ha- bēnt sicut figure plures vel ples colo- res q simul in actu i eodē esse nō pos- sit scdm idē. Ad primū ergo dicē- clū q similiter dicendum est de potē- tia sensitiva. i. non potest plura simul sentire sed ex consequenti. inquantū plura accipiuntur vt vnu sicut plura sensibilia vniuntur in vna differētia et plura sensibilia que sūt partes vni- natūr in uno toto. Unde quando sen- titur totū sentiūt simul plures par- tes ex psequenti z tunc intentio sens<sup>o</sup> Non fertur ad aliquā partium pri- paliter sed ad totū quia si ad aliquā partium ferretur. ut ad sensible prin- cipale non simul sentiretur alia. z ite- rum sensus p̄mūnis. quamvis sit vna potentia f<sup>m</sup> essentiam tamen aliquo modo multiplicatur f<sup>m</sup> esse inquātū piungitur diversis sensibus p̄prijs. si- cut vnu centrū piungitur pluribus lineis. vnde imputationes oīm sensibi- liū simul terminantur ad sensū p̄mūnē sicut motus q̄ eset per oīnes lineas posset simul terminari ad centrum s̄z intellect<sup>o</sup> non multiplicatur modo p̄ dicto in plures potētias. Et idō nō est simile. Ad secūdū dicendum q̄ cognoscibilia que simul cognoscūt oportet q̄ accipiāt ut cognoscibile vnu numero oīa autē intelligibilia inquantū hi<sup>o</sup> sunt vnum genere nō numero. Et ideo ratio non sequitur. Ad tertīū dicēdū q̄ iam patet ex predictis q̄ nō eodem modo se habz intellectus i habitu ad intelligibilia in habitu que sūt in ipso ut dispositi- ones. z intellect<sup>o</sup> in actu ad intelligi-

bilia in actu. que sūt in ipso ut vlti- me perfectiones. Ad quartū dicē- dum q̄ nō solū prohibetur res aliq̄ esse plura p̄traria actu simul. sed etiā plura eē disparata ut patet ex dictis vnde quāvis forme intelligibiles in intellectu non sūt p̄trarie. nihilomi- nus tamē intellectus p̄hibetur simul plura intelligere vt ex dictis patet. Ad quintū dicendū q̄ spēs sensibi- les que sūt in medio deferente sūt ibi per modum dispositōis. z non p̄ modum vltime p̄fectionis. quia sūt ibi sicut in quodā fluxu. z ideo non est simile.

**H**artculus tertius  
D tertiu sic procedit. Videat q̄ intellect<sup>o</sup> angelicus nō pos- sit cognoscere singlaria. Si ei cogno- scit aut cognoscit p̄ specie acquisitā aut per p̄creatam. Non per acquisitā quia vel illa eset particularis z per p̄sequens materialis z ita i intellectū angeli immateriali esse non posset vlt̄ eset vniuersalis z sic per eam singu- lare cognosci non posset. Similiter nec p̄ p̄creatam quia species p̄creatā angelo a principio sue creationis fu- sit in ipso. ad cognitionē autē alicui sufficit q̄ spēs ei<sup>o</sup> sit i intellectu z ita si p̄ specie p̄creatā posset aliquā par- ticulare cognosci dū est preles a pri- cipio creationis sue illud cognoviss<sup>o</sup> quādo adhuc erat futurū qd nō po- test eē. qz futura cognoscere soli<sup>o</sup> dei ē Isa. quadragesimo. Annūtiate que ventura sūt in futurū et sciēm<sup>o</sup> quoniā dīj estis vos. ergo augel<sup>o</sup> sin- gularia cognoscere nō potest. Si di- catur q̄ species ille concreta faciūt cognitionē presentium non autem futurorū. Contra Nō p̄t aliq̄ cog- nitō nova fieri nisi fiat aliq̄ inovatō i p̄gnoscēte. Sz p̄ hoc q̄ particulare qd erat futurū sit presens. non sit

# Quodlibet

aliqua innovatio in intellectu angelico. cum nihil recipiat a re extra. ergo si prius dum erat futurum non cognoscere poterit. **H**i dicatur quod quamvis nihil recipiat. tamen formam quam apud se habebat prius applicat ad particulare quod de novo fit. **C**ontra. Intellectus non potest aliquid ad aliud applicare. nisi pre cognoscat et quod applicat et cui applicatur quia prius est cognoscere duo secundum se quod comparisonem unius ad alterum. ergo applicatio predicta sequetur cognitionem singularium et sic non posset esse causa eius. **P**rete rea si angelus cognoscit singularia. aut cognoscit una specie. aut pluribus. sed non pluribus. quia sic oportet quod infinitas species apud se haberent. cum infinita sint particularia ad minus in potentia. similiter nec una. quod sic intellectus angelicus equaretur intellectui divino. qui uno. scilicet essentia divina plura intelligit. ergo intellectus angelicus singularia. cognoscere non potest. **H**i dicatur quod non cognoscit per unam speciem omnia. sed per unam speciem omnia individua unius speciei. et non alia. **C**ontra. Illa una species non se habet magis ad unum individuum quod ad aliud. sed oportet quod per speciem intelligibilem intellectus determinetur ad determinatum cognoscibile. ergo per speciem illam non poterit cognoscere hoc particulare determinate. **G**ed contra est quod dicitur ad Heb. i. Omnes sunt administratorij spiritus sancti. quod non possit esse nisi cognoscerent singularies homines. **R**esponsio dicendum quod angelus absque dubio singularia cognoscit. Ut autem videamus modum quo hoc possibile sit sciendum est quod ad hoc quod singulare aliquod

cognoscatur oportet quod in potentia cognoscitiva sit similitudo ei<sup>us</sup> in quantum particolare est. **O**mnis autem forma de le communis est. **U**nde additione forme ad formam non potest esse causa individuationis. quia quotcumque forme simul aggregentur. ut albū bicubitum. crispum. et huiusmodi non constituant particulare. quia hec omnia simul sunt in uno. ita et in pluribus potentias est possibile inveniri. **G**ed individuatione forme est ex materia per quam forma contrahitur ad hoc determinatum. unde ad hoc quod particulare cognoscatur. oportet quod in cognoscente non solum sit similitudo forme sed aliqualiter materie. **S**imilitudo autem rei cognite dupliciter est in cognoscente. **U**nus modo sicut causata a re. sicut in his que cognoscuntur per speciem abstractam a rebus. **A**lio modo sicut causa rei. ut patet in artifice qui cognoscit artificiatum per illam formam. per quam ipsum facit. **S**pecies autem que est in sensu causata a re sensibili in quantum non est omnino a conditionibus materia libens depurata est similitudo forme secundum quod est in materia et ideo per eam cognoscitur particulare. **G**ed quia secundum quod in intellectu nostro recipitur species rei sensibilis. est omnino iam a materialibus conditionibus depurata non potest intellectus noster per eam directe particulare cognoscere sed per quandam reflectionem in intellectus ad potentias sensitivas. et quibus species intelligibles abstractur. **P**er formam autem que est causa rei hoc modo cognoscitur res secundum quod forma illa est causa eius. et quod artifex homo per formam artis non producit materiam sed materiam propositam inducit formam artis. formam artis. quod est in mente artificis non est similitudo artificiatis nisi quod

# Septimum.

ad formam tantum. unde per eam non cognoscit artificiatum in particulari. nisi formam artificiati per sensum accipiat. **A**rtifex autem increatus. s. de' non solum producit formaz sed etiam materialiam. **V**nde rationes ideales in mente ipsius existentes non solum sunt efficaces ad cognitionem universalium sed etiam ad singularia cognoscenda a deo. **P**icut autem ille rationes ideales effluunt in res propriae cedas in eis suo naturali in quo particulariter unumquodque subsistit in forma et materia. ita procedunt in metes angelicas. ut sint in eis principium cognoscendi res secundum suorum rotum esse in quo subsistunt et sic per species influras sibi ab arte divina angelii non soluz universalia sed etiam particularia cognoscunt sicut et de'. **E**st tamen differentia in duobus. **P**rimo quia idee que sunt in mente divina sunt forme factive rerum. et non solum principia cognoscendi sed species recipiuntur in mente angelica sunt solum principia cognoscendi et non sunt factive. sed ex parte a factivis. **S**econdo quia intellectus quanto est altior et perspicacior. tanto ex uno potest plura cognoscere. **E**t quia intellectus divinus est altissimus per unam simplicem essentiam suam omnia cognoscit nec est ibi aliqua pluralitas formarum idealium nisi secundum diversos respectus divine essentie ad res cognitas sed in intellectu creato multiplicatur secundum rem quod est unum secundum rem in mente divina. ut non possit omnia per unum cognoscere. ita tamquam quod intellectus creatus est altior. tanto habet pauciores formas ad plura cognoscenda efficaces. **E**t hoc est quod dicit. r. i. c. ce. hie. **D**ei superiores ordines habent scientiam magis unius

versalium inferioribus. **E**t in libro de causis dicitur. quod intelligentie superioris habent formas magis universalles hoc enim obfato quod in infinitis angelis forme adhuc universalis sunt in tantum quod per unam formam possunt cognoscere omnia individua unius speciei. ita quod illa species sit propria universalis particularium secundum diversos respectus eius ad particularia. sicut essentia divina efficitur propria similitudo singulorum secundum diversos respectus. sed intellectus humanus qui est ultimus in ordine substantiarum intellectualium habet formas in tantum particularias quod non potest per unam speciem nisi unum quid cognoscere. **E**t istud similitudo speciei exinde in intellectu humano non sufficit ad cognoscenda plura singularia. et propter hoc intellectus cuius adiuncti sunt sensus quibus singularia accipiunt. **A**d prius ergo dicitur quod angelus nullo modo cognoscit singularia per speciem acquisitionem. quia nec per speciem acceptam a re. **S**ic enim res agerent in intellectum eius. quod est impossibile neque per aliquam speciem de novo in fram a deo revelatae ipso angelico aliquo de novo. quia species quas angelus habet apud se concreatas sufficiunt ad omnia cognoscibilia cognoscenda. **S**ed secundum quod per altius lumine intellectus angelii elephas in altiores perceptiones ex illis speciebus prodire potest sicut etiam ex eisdem fantasmatis speciebus intellectus prophete lumine propheticus adiutus aliquam cognitionem accipit ad quam non sufficiens naturale lumine intellectus ageret. **R**estat ergo ut angelus cognoscat singularia per species precreatam. **S**ic autem per unam speciem concretam potest cognoscere diversa individua. ita etiam multo amplius potest per unam speciem cognoscere quicquid est in uno individuo. ut non oporteat eum alias

m. iiiij

# Quodlibet

specie habere qua cognoscit colorem et odorem vnius pomi. sed simili cognoscendo hoc pomum cognoscit quicquid est in pomo illo et essentialiter et accidentale taliter. Effectus autem non est in causa sua ut in eo possit cognosci. nisi causa sit determinata ad effectum illud. sicut patet in causis necessariis. quibus cognitis cognoscuntur effectus earum. Sed causa primitiva non determinat ad effectum suum. nisi quantum actu pertinet ipsum. unde in causa contingente non est effectus eius ut in ea possit cognosci nisi quandoiam actu productus est. Et ideo angelus per species co-creatas cognoscere causas universales omnium singularium contingentium non cognoscit naturali cognitione effectus earum antequam sunt in actu. sed statim cum actu sunt. Ad secundum dicendum quod quoniam aliquid incipit esse prius. angelus de novo cognoscit illud non facta aliqua innovatione in ipso angelo. sed in re cognoscibili in qua est aliquid quod prius non fuit quod sine ea cognita non cognoscitur.

Ad tertium dicitur quod applicatio illa est intelligenda per modum illud quo de ideas ad res cognoscendas applicatur non sicut medium cognoscibile ad aliud. sed sicut modus cognoscendi ad rem cognitam. abs nihil valeret ad positum. sicut ostensum est in obiecto.

Ad quartum dicendum quod intellectus angelique non una specie cognoscit omnia. nec tot species habet quae sunt individua ut ex dictis patet.

Ad quintum dicitur quod quoniam dicitur quod illa una species efficitur ratio cognoscendi quodlibet individuum secundum respectum ad ipsum. ut ex dictis patet.

## Articulus quartus

**H**abemus quartum sic proceditur. Dicitur quod noticia que ab

Angelo dicitur proles mentis non sit sine mente sicut accidentes in subiecto. Nullum enim accidentem excedit suum subiectum. Sed noticia excedit mentem. quia mens non solum se ipsum habet et alia per noticiam novit. ergo noticia non est accidentes mentis. Preterea nullum accidentem est exceptum suo subiecto. Sed noticia est exceptum mentis. alias in noticia mente et amor non consideratur imago trinitatis. quod Augustinus ponit ergo noticia non est accidentes mentis. Preterea hoc id est videtur ex verbis Augustini qui in nono libro de Trinitate dicit. Quod noticia et amor in alia existunt substantialiter. vel ut ita dicamus essentialiter. non tantum accidentes in subiecto. ut color aut figura in corpore.

Et pro parte. Noticia mentis nihil aliud est videtur quam scientia. Sed scientia est accidentis cum sit in prima specie qualitatis. ergo et noticia. Unde dicendum quod noticia quatuor modis accidentis potest. Primo pro ipsa natura cognoscitiva. Secundo pro potentia cognitiva. Tertio pro habitu cognoscitivo. Quartio pro ipso cognitionis actu. Sicut etiam hoc nomine sensus quantum non minatur naturam sensitivam prout scilicet est principium huiusmodi nature. quod est sensibile. Non quod vero nominatur ipsorum potentiam. quod vero actus. Loquendo ergo de noticia primo modo accepta constat quod non est in substantia mentis sicut accidentis in subiecto. sed substantialiter et essentialiter sicut dicitur quod rationale est in vino et vinum in ente. Si autem loquamur de noticia tribus alijs modis accepta. sic duplicitate potest considerari. vel secundum quam comparatur ad cognoscendum. et sic in est cognoscendi sicut accidentis in subiecto. et sic non excedit subiectum quia nunquam invenitur inesse aliqui nisi men-

# Septimum.

ti. **V**el sicut quā cōparatur ad cognoscibile. et ex hac parte nō habet q̄ insit sed q̄ ad aliud sit. **I**llud autē qd̄ ad aliquid dicitur nō habet rationē accidentis ex hoc q̄ est ad aliquid. s̄z solum ex hoc q̄ inest. et inde est q̄ sola relatio sicut rationem sui generis eūz substātia remanet in divinis. nec tamē est ibi accidens. **E**t prop̄ hoc noticia sicut considerationē istam non est in anima sicut in subiecto. et secundū hanc comparationē excedit mentem inquantū alia a mente per noticiam cognoscitur. sicut hanc etiā cōsiderationē ponitur trinitatis imago quia etiā persone divine distinguuntur sicut ad alterum sunt. et sicut hoc etiā est quedā equalitas noticie ad mentem inquantū se extendit ad omnia. ad que potest se extendere mens. **E**t sic patet responsio ad obiecta

## Articulus quintus

**D**inde queritur de fructione anime christi in passione. **E**t videtur q̄ illa fructio puerit vobis ad essentiam anime. **A**nima enī christi perfecte fruebatur. **S**ed non esset perfecta fructuō si ad essentiam anime pueriret. **S**ed cōsisteret tantum in una potentia. scilicet in superiori ratione. **E**rgo perueniebat vobis ad essentiā animae. **P**reterea anima christi perfectius fruebatur q̄z animae sanctorum in patria. **S**ed fructio sanctorum in patria pertingit vobis ad essentiam anime. ergo multo fortius in christo. **S**ed cōtra. **N**ihil fruitur nisi quod cognoscit. quia sicut augu. fruimur cognitis in quibus propter se voluntas delectata p̄quiescit. **S**ed cognoscere nō est essentia anime sed potentie. ergo fructio ad essentiā animae nō per-

ueniebat. **R**esponsio dicitur q̄ fructio in actu quodam consistit. quo deus videtur et amatur. actus autē nō est nisi rei subsistētis. vnde proprius loquendo neq̄ potentia anime fructur neq̄ essentia. sed homo vel anima per se subsistens. s̄z tamen potentie anime sunt principia operationū vite sicut essentia anime ē principiū esse vivētis et sicut hoc oportet dicere q̄ superior ratio cuius obiectū est res eterna qua fruendū est. et principiū fructus. quo scilicet anima fructur. ad alias autē vires vel ad anima essentiam fructio pertinere nō potest. nisi per quandā redundantia. prout scilicet ex illa fructione superioris rationis aliquis effectus in estētia anime vel in potētis inferioribus relinquitur et sic aliquo modo perueniebat fructio ad essentiam anime christi in passione. et aliquo modo nō. **S**i enī cōsideretur essentia anime in passione christi. prout ē actus corporis. sic fructio ad eam non perueniebat. als corpus eius gloriosum factuō fuisset. **S**uniliter nec ad essentiam sicut ē radix inferiorū virium. quia sic fructio nis gaudiū dolorem passionis qui erat in viribus inferiorib⁹ totaliter evacuasset. perueniebat autē ad essentiam anime sicut ē erat radix superioris rationis. et quia essentia anime ē simplex et est tota in qualibet sua potētia. ideo dicitur q̄ tota anima fruetur in christo. inquantū scilicet est radix superioris rationis. et tota pertiebatur inquantū scilicet est ad corporis et radix inferiorū virū. **A**d hunc ergo dicendū q̄ nō impedit pfectio rei nisi per hoc q̄ tollit aliquid de essentialibus rei. gloria autem corporis et inferiorum virium pertinet ad gaudiū acentiale beatitudinis.

# Quodlibet

**E**t ideo quis in Christo fructus non puerit ad essentiam anime sicut est actus corporis. et sicut est radix inferiorum virium non sequitur quod fructus fuerit imperfecta in Christo sive beatitudo. **N**o secundum dicendum quod anima Christi perfectus fruebaeatur quod aie sanctorum in patria loquendo intensius. non autem loquendo extensius quam in patria gaudium fructus ad inferiores vires. et etiam ad corpus glorificatum perveniet. quod si in Christo fuisset viator non fuisset.

**D**inde queritur de pluralitate in substantiis spiritualibus invicta utrumque duo. **P**rimo utrum immensitas divina excludat pluralitatem personarum. **S**ecundo utrum angelica simplicitas patiatur compositiones ex subiecto et accidente.

**A**rticulus sextus  
**P**rimum sic procedit. Videntur quod immensitas divina excludat pluralitatem personarum. Omne enim immensum cum sit indeterminatum stat in uno. sed quicquid est in divinis est immensum. Cum ergo persona sit in divinis. stabit in uno. ita quod non erunt ibi plures persone. **S**i dicatur quod persona hoc modo in uno stant. quod omnes sunt una essentia. **C**ontra. Sic essentia est immensa. ita et persona. Sed immensitas essentiae facit quod sit una essentia tantum. ergo immensitas persone facit quod sit una persona tantum. **S**i dicatur quod persona non est immensa nisi immensitate essentiae. **C**ontra. Persona sicut intellectus additum supra essentiam. sed quicquid intelligitur in divinis intelligitur ut immensum. ergo per immensitatem essentiae est in deo immensitas personae. que facit in divinis unam tantum personam. **S**ed contra est quod dicit prima Iohannes. Tres sunt qui testimonium dant in celo. **N**on dicendum quod im-

mensitas non excludit pluralitatem nisi sicut tollit determinationem. quod est pluralitatis principium primum. **S**icut autem dictum est prius. duplex est determinatio scilicet limitationis et distinctionis. In divinis autem nullo modo cadit determinatio limitationis. cadit autem ibi determinatio distinctionis duplicitate. **U**no modo sicut sicut distinguitur per essentiam ab omnibus creatis. ut non limitatur a limitato. **A**lio modo sicut per persona distinguitur a persona per relationem originis. que quidem distinctione non est propter aliquam limitationem. sed ratione oppositionis que est in relatione. unde hanc distinctionem immensitas divina non excludit. et per consequens nec pluralitatem personarum. **E**t per hoc patet responsio ad primum. **A**d secundum dicendum quod quia persona sit immensa. tamem immensitas est essentiale non personale. sicut persona est bona bonitate essentiali. unde non oportet quod immensitas faciat indistinctionem in personis. sed solus in esse nature. **A**d tertium dicendum quod persona non dicitur aliquid sicut intellectum addere supra essentiam quasi intellectus debeat intelligere aliquid additionis essentiae. **E**sset enim intellectus fallitus. sed quia intelligendo personam intelligo essentiam de necessitate. sed non econverso. unde obiectio non procedit.

Articulus septimus

**A**rticulus septimus  
**S**econdum sic procedit. **A**ludetur quod in angelis non sit compositionis accidentis et subiecti. quia esse accidentiale causatur ab esse substantiali. ergo et compositione accidentalis a propositione falsi. sed in angelis non est compositione falsi. quia sunt sibi simplices ut Dio. dic. ergo nec compositione accidentalis. **P**reterea Boetius dicit in libro de

# Septimum.

Et q̄ forma simplex subiectū esse nō potest. Sed angelī sunt forme simplices secundum h̄o. ergo non possūt esse subiectum accidentis. Sed cōtra est q̄ aug. substātias spirituales ponit deficere a simplicitate diuina per hoc q̄ est in eis cōpositio accidentis et subiecti. Responsio dicendū q̄ ex hoc aliquid est suscep̄tūm forme substātialis vel accidētalis q̄ aliquid habet possibilitatēs. quia de ratione potentie est ut actui substeratur qui forma dicitur. de angelis autem diversi diversa sentiūt. Quidā enim dicunt q̄ sunt ex materia et forma cōpositi. Illi dicunt q̄ sunt cōpositi ex esse et quod est. vt Boetius dicit. Et utroq̄ modo oportet pone re potentialitatē in angelo. Ne primo enim mō patet. similē patere potest de secundo quia omne qd nō est suū esse. oportet q̄ habeat ēē recipiū ab alio. quod non est sibi causa essendi. Et ita in se p̄sideratum est in potentia respectu illius esse quod recipit ab alio. et hoc modo ad minus potentialitatē ponere oportet in āge lo. quia angelus non est suū esse. hoc enī solius dei est. Et ita relīquitur q̄ angelus possit esse subiectum accidentalis forme. Ad primum ergo dicendum q̄ substātialis simplicitas in angelis excludit cōpositionem materiae et forme. nō autē compositionē ex esse et qd est. quā compositionē ad min⁹ accidētalis cōpositō in āgel⁹ presupponit. et iterum non oportet q̄ si esse accidentale causat a substātiali. q̄ cōpositio accidentalis a cōpositione substātiali causaretur quia sba aliquo modo simplex pot̄ esse subiectū accidentis ut dictū ē. Ad secūdū dicendū q̄ Boet⁹ loq̄ de illa forma simplici. q̄ est act⁹ pur⁹. cui nihil potentialitatis admīscet. et illis ē sol⁹ de⁹.

**O**nde queritur de sacramento altaris. Et circa hoc ques̄ rūc tria. Primo utrum corpus christi scđm totā suam quantitatē p̄tineatur sub speciebus panis. Secundo utrum in eodem instanti sit panis et corpus christi. Tertio utrum deus possit facere q̄ albedo et alie qualitates sint sine quantitate. sicut facit q̄ quantitas in sacramēto altaris sit sine subiecto.

## Articulus octavus

**F**Ad primū sic procedit. Ut detur q̄ non possit totū corpus christi sub illis speciebus panis cōtineri. Non enim potest etiam p̄ miraculū fieri vt duo p̄tradictoria sint simul vera vt Augustinus dicit contra Faustum. Hoc autem sequetur. si totum corp⁹ christi subesset illis speciebus. Si enim est sub illis speciebus totum non est maius illis speciebus cū nō excedit eas. et tamē secundum rei veritatem est maius cū sit bicubitum vel amplius. Et sic erit eodem maius et non maius. Ergo non potest etiam per miraculum fieri q̄ sub illis speciebus contineatur totum. Sed contra. vbiq̄ est pars alicuius corporis. est et totum corpus. nisi corpus sit divisum. Sed corpus christi non est divisum cum sit impassibile. ergo cum aliquid corporis christi sit sub illis speciebus. vt dicitur. Adarhei. vicesimo sexto. Hoc est corpus meum. oportet q̄ sub illis speciebus totum corpus christi contineatur. Responsio dicendum q̄ sub illis speciebus absq̄ dubio continetur totum corpus christi et tota quantitas eius. Ad cuius evidētiā sciendum est q̄ i sacramēto altaris duplicitē

# Quodlibet

aliquid continet. Uno modo ex vi sacra-  
menti. Alio modo ex naturali cōcomi-  
tātia. verbi gratia sub specie pānis cō-  
tinet et corpore et sanguis Christi corpus  
ex vi sacri sanguinis ex cōcomitātia nālē  
quod corpore Christi nō ē sine sanguine. sub spe-  
ciebus autē vini est ecōuerso. Illud  
autem pertinet sub sacramento ex vi  
sacramenti quod est transubstātiō-  
nis terminus. et ppter hoc anima et di-  
mīras non pertinet in sacramento et  
vi sacramenti cum pānis et vīnum in  
ea non pertantur. sed ex naturali cō-  
comitātia qua anima inseparabiliter  
vñit illi corpori et diuinitas huma-  
nitati. Cum autem ex parte pānis  
substantia transeat et quantitas mai-  
neat cum reliquis accidentibus patet  
quod directe transubstantiationis termi-  
nus est substantia corporis Christi. et  
sic ipsa substantia corporis Christi ē ibi  
ex vi sacramenti sed qualitas ex natu-  
rali cōcomitantia. Unde patet quod sub-  
stantia corporis Christi immediate ha-  
bet ordinem ad dimensiones pānis  
remanentes. quantitas autem corpo-  
ris Christi quasi ex ptequēti. Ecōuer-  
so autem est in ordine locati ad locū  
quia substantia locati ordinatur ad  
locū medianib⁹ dimensionib⁹ propriis  
et inde est quod oportet dimensiones lo-  
cati cōmensurari dimensionibus lo-  
ci pertinentis. non autem dimensiones  
corporis Christi cōmensurari dimensio-  
nibus specierum et ideo sub quibuslibet  
pānis dimensionib⁹ pānis potest  
esse totū corpus Christi. sicut tota na-  
tura substantie alicuius corporis sal-  
vatur in qualibet parte illius corpo-  
ris. Ad primum ergo dicendum  
quod non sequitur ex hoc corpus Christi  
non esse maius illis speciebus. quia  
non continetur sub eis quasi cōmen-  
saretur. et sic non sequitur contradictione  
ria esse simul.

**H**Articulus nonus  
Secundū sic procedit. Si  
det quod in eodem instanti sit specie  
illis sit iba pānis et corpore Christi  
Accipiat ei ultimū instantia in quo est  
pānis et primum instantia in quo ē cor-  
pus Christi. Aut ergo sunt duo instantia  
aut unū sed nō duo quia cum iter que-  
libet duo instantia sit tempus mediū. et  
aliqd tempus dare in quo nō esset ibi  
nec corpore Christi nec substantia pānis er-  
go oportet quod sit unū instantia et sic in eo-  
dē instanti ibi ē pānis et corpus Christi.  
Si dicitur quod nō est dare ultimū in-  
stantia in quo est pānis. Contra. Esse  
pānis mensuratur quodā tempore. Et  
mensura pāpa equat mensurato ergo in  
qualibet instanti illi temporis ē ibi pā-  
nis. Et sic in ultimo instanti. Prete-  
rea sicut se habet tempus ad motū pāni  
um. ita se habet instantia ad mutationē  
instantaneā. Sed tempus includit vīnum  
et terminos motus continuū ergo et  
unū instantis includit vīnum terminū  
transubstantiationis. que est mē-  
ratio instantanea. Eius autē termi-  
ni sunt pānis et corpore Christi ergo in  
eodem instanti ē pānis et corpore Christi  
Preterea in qualibet mutationē ista  
rātēa simul est verū dicere. quod fit  
et factum est. quia in instanti non est ac-  
cipere prius et posterius ergo cum transub-  
stantiatio sit mutationē instantaneā sit vero  
est dicere quod sit ibi corpore Christi et fac-  
tū est. ergo corpore Christi simul est ibi  
et non est sed quando nō ē ibi corpore  
Christi est ibi substantia pānis ergo si-  
mul in eodem instanti est ibi corpus  
Christi et substantia pānis. Sed con-  
tra. Hęc forme substanciales dispa-  
rate non possunt in eodem instanti  
eide inesse. Sed forma pānis et corpore  
Christi sūt hęc ergo nō possunt simul  
eide inesse et in eodem instanti. Respon-  
sio dicendum quod nullo modo

## Septimum.

in eodem instanti est ibi corpus xp̄i et substantia panis. Nec est assignare ultimum instans. in quo est ibi panis. sed ultimum temp⁹ qđ cōtinuāt ad instas illud in quo primo est ibi corpus xp̄i. Ad cuius evidentiam sciendum qđ in rebus naturalib⁹ mutationes instantanee sūt termini motus semper. Cuius rat⁹ est quia huiusmodi mutationes habent pro terminis formam et privationem. sicut generatio ignis ignem et non ignēz. Inter formam et privationem non potest esse aliquid medium nisi per accidens in quantuz scilicet illud qđ privatur forma magis et minus ap̄ propinquat ad formam ratione ali ciuis dispositionis ad formam. que intenditur vel remittitur per motū continuū. Et ideo oportet preexistere motum alterationis. qui terminetur ad generationem. et sic alteratio habet duos terminos. unum sui generis scilicet ultimam dispositionem. que est necessitas ad formam. quia alteratio est mot⁹ in qualitate. et ali⁹ um alterius generis scilicet formam substantialem. Et eodem modo illuminatio est terminus motus localis solis. qđ est mutatio instantanea existēs inter formam luminis et privationē ei⁹ scilicet tenebras. Cui⁹libet autem mot⁹ qui mensuratur aliquo tempore. oportet qđ ultim⁹ terminus sit in ultimo instanti temporis. Unde cū forma substantialis sit quidam terminus alterationis. oportet qđ in ultimo instanti illius temporis introducatur forma substantialis. corruptio autem et generatio simul currūt. quia generatio vnius est corruptio alterius. Oportet ergo qđ in ultimo instanti illius temporis sit terminus corruptionis vnius ut aeris et termin⁹ generationis alteri⁹ ut ignis. Ter-

minus autem corruptionis est non esse. Oportet ergo qđ in ultimo instanti illius temporis sit primo non aer et primo ignis. sed ante ultimum instantis alicuius temporis nō potest accipi penultimum. quia inter quelli bet duo instantia est temp⁹ mediuz sūm philosophum. et sic non est accipere ultimum instantis in quo sit aer. sed in toto tempore mensurante motum alteratōnis erat aer. et in ultimo instanti eius est primo non aer. et primo ignis. et similiter trāsubstantiatio est terminus cuiusdam motus qui consistit in prolatione verborū. Unde in ultimo instanti temporis mensurantis illam prolationem est p̄mo non panis. et primo corpus xp̄i. et sic non est dare ultimum instantis in quo est panis. sed est ultimus temp⁹. Int̄ tūs aut̄ et instantis nō op̄z qđ alii quid cadat medium. sicut nec inter linea et p̄scium. et sic non oportet qđ aliquādo neqz sit p̄ panis. neqz corp⁹ xp̄i. Et ita patet solutio ad primum. Ad secunduz dicenduz qđ p̄ctum additū vel subtractū linee non facit mai⁹ v̄l'min⁹. et similiē ē de instanti apposito temporis v̄l'stracto ab eo. Unde quāvis in ultimo instanti temporis mensuratis ēē panis nō sit panis tamē n̄ sequit̄ qđ tūs illud sit mai⁹ qđ duratō ēē panis et sic mensura n̄ eque tur mensurato. Ad tertiu dō qđ in stas dicit̄ mensurare mutatōne aliquā instantaneā. in qua mensurat eminūm ei⁹ ad quē. qđ eminūm ei⁹ a qđ p̄iūgitur cū toto motu p̄cedēti. et ita mensurat tempore mensurāte motū p̄cedētē. H̄tē p̄ mensurat motū rōne v̄trīnqz eminū. et iō n̄ ē sile. Ad quartū dō. qđ fieri dī duplī vno mō moueri ad ēē et sic illō qđ generat in toto tpe alterationis p̄cedētis dicitur fieri. et hoc mō loquē p̄hs de fieri in vi. phi. vbi

# Quodlibet

hunc dicit q̄ omne factum esse precedit fieri. et omne fieri precedit factū esse. et sic non est verum q̄ aliquid fiat et factū sit. sed sic est verū q̄ illud qđ sit non est. **A** filio modo dicitur fieri res quando introducitur forma. et sic fieri nō est moueri. sed terminari motum. unde sicut simul motus terminatur et terminatus est. ita simul aliquod sit et factum est. sed hoc modo illud quod fit est. quia terminus factonis est esse. in quo ponit esse illud. quod vicitur hoc modo moueri.

## Articulus x.

**H**abemus tertium sic procedit. Videlicet q̄ deus non possit facere q̄ albedo aut aliqua qualitas corporalis sit sine quantitate. qz quāritas est prima dispositio corporis ex eo q̄ immediate adheret substantie. ut dicit Boetius. Sed primum in. q̄libet genere est causa eorum que sunt post. ut dicunt in secundo met. ergo a quantitate habent omnia alia accidentia. q̄ sunt dispositiones corporales. ergo remota quantitate nulla qualitas corporalis permanet. **P**reterea qualitas spiritualis ut scientia vel virtus est nobilior q̄ qualitas corporalis. **S**ed qualitas spiritualis etiam miraculose non posset esse sine subiecto ut videtur. ergo multo minus qualitas corporis possit esse sine subiecto ad minus quod est quantitas. **P**reterea magis est remotū a natura q̄ qualitas corporalis sit omnino sine subiecto q̄ q̄ sit in subiecto spirituali. quia esse in subiecto spirituali est qualitas spiritualis que est in predicamento eodem cum qualitate corporali. **S**ed esse omnino sine subiecto est sbe que est aliud predicamentum. **S**ed non potest miraculose fieri q̄ q̄ qualitas corporalis esset in subiecto spirituali. ut albedo in angelo. er.

go multo minus potest fieri q̄ qualitas corporalis nō habeat subiectū ad minus quantitatem. **P**reterea magis dependet qualitas a substantia q̄ econverso. **S**ed deus non possit facere aliquam substantiam creatam absq; omni accidēte. quia ad minus oportet q̄ creature insit relatio ad suum creatorē. ergo multo minus potest fieri q̄ qualitas sit absq; omni subiecto. **C**ontra propter hoc potest fieri q̄ in sacramēto altaris quantitas sit sine substantia. quia quantitas per essentiam a substantia differt. **S**ed similiter qualitas differt per essentiam a quantitate. ergo eadē ratione fieri possit et qualitas esset sine quantitate. **R**esponsio dicens q̄ divine potentie ratione sue impenitatis attribuendum est q̄ q̄c quid in defectum nō sonat. tamē aliquā q̄ natura creata non patitur ut fiat propter aliquam repugnantiam. quam important ratione contradictionis implicitē. et de talib⁹ p̄suevit a quibusdam dici q̄ deus potest ea facere quās fieri non possunt. Ut ergo videamus utrum fieri possit a deo q̄ albedo sit sine quantitate sciendū est q̄ in albedine et qualibet alia qualitate corporali est duo considerare. scilicet naturam albedinis per quam speciem sortitur. et individuationem eius fin q̄ est hec albedo sensibilis ab alia albedie sensibili distincta. Possit q̄ fieri miraculo ut natura albedinis subsisteret absq; omni quantitate. tñ illa albedo nō esset sicut hec albedo sensibilis sed esset quedam forma intelligibilis ad modum formarū separatarū quas plato posuit sed q̄ hec albedo sensibilis individuata esset sine quantitate. fieri non posset quāvis fieri possit q̄ quātitas individualis sit sine substantia. qz quātitas non



# Septimum.

individuatur solum ex subiecto. sicut alia accidentia. sed etiam ex situ qui est de ratione ipsius quantitatis di mensuræ. que est quantitas positœm habens. Et ideo possibile est imaginari duas lineas separatas eiusdem spe cie numero diversas & in diversum situs. alias linea non esset divisibilis ex ipa ratione sui generis. Non enim dini ditur linea nisi in lineas. plures aut albedines eiusdem speciei sine subiecto imaginari est impossibile. et sic patet q albedo non individuatur nisi ex subiecto. et propter hoc non posset esse individua nisi esset in aliquo subiecto ad minus in quantitate. sed quantitas h[oc] vnde individuetur etiam absq[ue] subiecto. Et ideo potest p miraculo esse hec qualitas sensibilis etiam abh[ic] subiecto sicut patet in corpore Christi. Ad pri mum ergo dicendum q albedo sive quantitate esset iam non esset corporal qualitas sed spiritualis. ut ex dictis patet. Ad secundum dicendum q de spirituali omnino idem dicenduz videtur. quod & qualitate corporali dicatum est. Ad tertium dicendum q cum substantia spiritualis qualitate careat. non potest fieri q qualitas corporalis sit in substantia spirituali. nisi p modum illum quo potest esse sine quantitate. ut dictum est. Ad quartum dicendum q ex hoc ipso q sua creata compatur ad deum. consequitur ipsam aliquid accidens. sicut ipsa relatio creationis aut servitutis. aut alia similis relatio. vnde sicut deus non potest facere q creatura non de pendeat ab ipso. ita non posset facere q esset absq[ue] homini accidentibus. posset autem facere q esset absq[ue] alijs accidentibus. Accidens aut non habet subiectum ex hoc q ppatur ad deum et ideo nihil prohibet quin deus facere possit aliquid accidens esse sine subiecto.

**A**d quintum quod obiecte contra patet q non est eadem ratio de quantitate et qualitate. ut ex dictis patet.

**D**inde queritur de corporib[us] damnatorib[us]. Et circa hoc queruntur tria. Primo utrum corpora damnatorib[us] sint incorruptibilia. Secundo utrum resurgent cum suis deformitatibus. Tertio utrum punientur in inferno unde et fletu corporali.

## Articulus. xij.

**E**t primum sic procedit. Si detur q corpora damnatorib[us] non erunt incorruptibilia. Corpus enim non potest esse incorruptibile nisi p natura ut celeste. vel p gratia innocentie ut corpus hominis in primo statu. vel p gloriam. sicut corpus Christi in resurrectione. Sed nullum istorum spectet corporib[us] damnatorib[us]. ergo corpora damnatorib[us] non erunt incorruptibilia. Si dicatur q erunt incorruptibilia et decreto divine iusticie ut perpetuo puniantur. Contra. Culpe non debetur pena perpetua nisi km q habent aliquid perpetitatis. Sed perpetuitas culpe non est ex parte corporis sed ex parte voluntatis que eligit perpetuo in peccato manere. ergo divina iusticia non requirit q corpus eternaliter puniatur. Preterea corpus non punitur pro peccato anime nisi in quantum est organum anime operantis peccati. sed in aliis actibus pte esse peccatum mortale in quibus corporis non communica. sed pte in peccatis spiritualibus. ergo si aliquis per eis solus corpi ei non detur pena perpetua. Preterea sicut aliquis damnatur propter peccatum transgressionis. ita damnatur propter peccatum omissionis. Sed in omissione nihil cooperatur corpus ergo non debetur sibi pena perpetua si propter peccatum omis-

# Quodlibet

onis aliquis damnatur. et sic diuina iustitia nō requirit corpora damnatorum esse incorruptibilia. **S**ed cōtra. Remota causa remouetur et efficitus. Sed post resurrectionem cessabit motus celi q̄ est causa corruptio- nis in corporibus ergo cessabit corruptio. et sic corpora damnatorum non erunt corruptibilia. **R**espōsio dicendum q̄ corpora damnatorum erunt incorruptibilia. quanvis sint passibilia. Incorruptibilitatis autē prima causa et p̄cipialis est iusticia diuina. que cōseruabit corpora damnatorum in perpetuis penit. Sed cā secundaria et q̄si coadiuvans erit q̄s motus celi. q̄ quiescente nulla actio vel passio poterit esse in corporib⁹ pertinens ad transmutationem nature. **U**nde et corpora damnatorū non patientur ab igne passione nature. q̄ natura corporis humani transmutetur a natura sua. sed patientur passione anime. sicut organum sensus a se- sibili suscipiendo similitudinem qua- litatis sensibilis. **A**d primum ergo dicendum q̄ ratio illa procedit ex insufficiēti divisione. Est enim hic alia causa incorruptionis a rebus q̄ tanguntur in obiectione scilicet decretū diuine iusticie. q̄vis possit dici aliquā modo. q̄ etiam per naturam erit in corruptibilia. inquantum se remouetur naturale corruptionis principiū scilicet motus celi. **A**d secundū dicendum q̄ peccatum et rationem culpe et perpetuitatis habet ex anima non ex corpore. **U**nde sicut corpus ponitur pro peccato. inquantum est instrumentū peccati rationem culpe habentis ab anima. ita perpetuo puniri debet inquantum est instrumen- tum peccati. quod habet perpetuitatem ex voluntate. **A**d tertium dicē- dum hec nō est ratio p̄cipialis q̄re

corpus punitur pro peccato anime. quia est instrumentū anime opantis peccatum sed magis quia est pars es- tentialis hominis qui operatur pro prie- enim loquendo homo ē qui pec- cat per animam. et ideo si puniretur anima tñ non puniretur qui peccas- uit scilicet homo. **N**ec tamē est ver- q̄ aliquis actus sit hominis in vita presenti in quo corpus non communi- nicet. quia quanvis in actibus intel- lective partis communicet corpus si- cut instrumentū actus communicat tamen sicut representans obiectū q̄r obiectum intellectus est fantasma. sicut color visus. vt dicitur in. iij. de anima. Fantasma autem nō est sine organo corpali. et sic patet q̄ etiam intelligē- do et in alijs actibus anime vtrum- quo modo corpore. **A**d q̄rtū dicendum q̄ pro peccato omissionis non damnatur aliquis quia aliquid agatur. sed quia omittitur illud qđ ē debitum fieri ab anima et corpore. erat autem debitum fieri et ab anima et a corpore inquantum corpus cōmū- cat actibus anime. et ita eodem mō peccatum transgressionis et omissionis pertinet ad corp⁹ et animam.

Articulus duodecimus.

**S**ecundum sic procedit. Evidetur q̄ corpora damnatorum resurgent sine deformi- tatis. **R**esurrectio enim fiet diuina virtute que est perfectissima. **S**ed vni- tis pfecte pfecta est opatio et effect⁹. ergo corpora resurgentia erunt pfecta. et ita corpora damnatorū re- surgent sine deformitatibus. **S**ed contra est sapientie. xj. Per que pec- cat quis p̄ hec et torquetur. **S**ed dā- nati peccauerūt p̄ corpora deformitatē huius ergo resurgent cū deformitatib⁹. **R**e. dō q̄ deformitas in corpe p̄ esse dyob⁹ modis vno mō ex defectu

# Septimum

alicuius membra. et talis deformitas  
ut cōiter dī in corporib⁹ dānatorū  
non erit quia oēs resurgēt incorru-  
pti. si sine defectu alicui⁹ mēbri. ut sic  
totum corp⁹ punit⁹ in reprobis et p-  
mietur in electis. Alio mō pōt eē de-  
formitas vel defect⁹ corporis et in-  
debita p̄portione partiū sicut febris  
accidit ex idebita proportiōe humo-  
rum et sicut gibbus accidit ex super-  
abundantia carnis in aliqua parte.  
et de tali deformitate vel defectu est  
duplex opinio. Quidā enī attenden-  
tes damnationē reprobor⁹ ut nihil  
eis mali deess⁹. dixerunt q̄ talib⁹ de-  
formitatib⁹ non carebunt. Alij vero  
attendentes virtutē resuscitati⁹ qui  
sicut naturā p̄dicit in ope creatiōis.  
ita naturā in resurrectiōe reparabit  
dicunt q̄ oēs defectus quiser vitio  
nature acciderūt auctor nature amo-  
uebit. ut febrez et hmoi. Et defect⁹ q̄  
ex prava voluntate p̄cesserūt i repro-  
bis remanebūt. sicut sunt macule et  
reatus peccator⁹. Quid aut̄ horum  
veri⁹ sit aug⁹. in encb. sub dubio rel̄  
quit dicens. q̄ nulla dī esse questio  
de pulcritudine illo⁹ quorū est cer-  
ta damnatio. His visis facile patet  
solutio ad obiecta

Articul⁹ .xiiij.

**A** tertiu⁹ sic p̄ceditur. Videz  
q̄ corpora dānator⁹ puni-  
tentur vermis et fletu⁹ corpo-  
rib⁹. Dicitur enim Judith⁹ vltimo.  
Habit ignē et vermes in carnes eoꝝ  
sed vermis spūialis non datur in car-  
nem sed magis in animam. ergo ver-  
mis quo reprobi punitur non est  
spūialis sed etiam corporalis. Itēz  
Lu. xiiij. dicit qdaz gl. Qd p̄ fletu⁹ quē  
dīs reprobis punitur p̄t probari  
vera corporum resurrecti⁹. qd non  
ess⁹ si fletus ille ess⁹ tm̄ spūialis. ḡ zc.  
B̄ed cōtra est. q̄ vermis quo pu-

nientur reprobi est īmortalis. Isa.  
vltimo. Vermis eorum non moriet̄.  
Sed nullum animal habz ordinem  
ad immortalitatem nisi homo. ergo  
vermis ille n̄ erit materialis. Pre-  
terea in fletu corporali sit quedā re-  
solutio lachrymarum. sed omne cor-  
pus finitum a quo aliquid continue  
resolut⁹ nisi fiat aliqua restauratio  
tandem consumitur. Cū ergo in cor-  
poribus dānatorū nulla restaura-  
tio fiat de pditi. videtur q̄ fletus qui  
erit in eis perpetu⁹ non erit materia-  
lis. R̄nlio dī. q̄ circa hoc Aug⁹.  
li. xx. de ci. dei. ponit diversas opini-  
ones sic dicens. In penis malorū et  
inertinguisibilis ignis vivacissimus  
vermis ab alijs atz alijs aliter atz; a/  
liter est expositus. Alij quippe vtrunq;  
q̄ ad animū retulerunt. alij vtrunq;  
ad corpus. alij ad corpus ignē. ad  
arimā tropice vermē. quod esse cre-  
dibilius videtur. Vñ sequentes aug.  
dicimus q̄ vermis ille erit spūialis.  
vt ip̄e remorsus p̄scientie interi⁹ ani-  
mai corrodens vermis dicatur. et  
similiter fletus erit spiritualis vt ip̄e  
dolor fletus dicatur. Aliquo tamē  
modo poss⁹ dici corporalis flet⁹ eti-  
am sine lachrymarum emissione. vt  
fletu⁹ dicatur non solum dolor ani-  
me sed dispositio qua corpus dispo-  
nitur anima dolente. Ad primū  
ergo dicendum. q̄ locutio illa tropi-  
ca est. et sic possumus per carnes exi-  
ponere animas impiorū qui carnales  
fuerunt. Ad secūm dicendum q̄  
fletus corporalis modo predicto su-  
ne lachrymarū emissione sufficit ad  
veritatem resurrectionis insinuandā  
si tamen sustineretur q̄ vermis et fle-  
tus ess̄t corporales. poss⁹ dici q̄ di-  
uina virtute et vermis ille sustentare  
tur et lachrymarū deperditio restau-  
raretur

n . i

# Quodlibet

**D**einde queritur de sensib' sacre scripture. Et circa hoc q' rūtūr tria. Primo vtrū p̄ter sensus līt̄ales i verbis sacre scripture alijs sensus lateant. Seco de numero sensuum sacre scripture. Tertio vtrū isti sensus iueniātur in alijs scripturis. Articulus xiiii

**H**ab primū sic p̄cedit. Videatur q' in eisdem verbis sacre scripture non lateant plures sensus quia dictiōib' semel sumptis non est vīēdum equoce vel multiplicitate. H̄z pluralitas sensuū facit multiplicem locutionem. ergo in eadem locutione sacra scripture nō p̄n̄t plures sensus latere. Preterea sacra scripture ordinata est ad intellectū fin illud ps. Declaratio sermoni tuorū dat intellectuz. sed multiplicitas sensuū obnubilat intellectū. ergo nō debent in sacra scripture multi sens' esse. Preterea id qđ potest esse occasio erroris deb̄z in sacra scripture vitari. sed ponere alijs sensus p̄ter litteralem i scripture p̄t esse occasio erroris. quia quilibz posset exponē sacrā scripturam fin q' ip̄e vell̄ ad p̄fimationē opiniōis sue. ergo non debet esse plures sensus in sacra scripture. Preterea Aug'. dicit. ii. sup gen. ad Iram. Q' maior est sacra scripture auctoritas q' omnis humani ingenij perspicacitas. ergo ille f̄esus qui non habz auctoritatez ad aliqd p̄firmanduz non est p̄ueniens sensus sacre scripture. H̄z null' sensus p̄ter litteralem h̄z robur ad aliquid confirmandum. vt patz p̄ Dion. in ep̄la ad titum. Dicit enīz q' simbolica theologia. i. que ex similiib' p̄cedit non est argumētativa. ergo sacra scripture alias sensus preter litteralez non habz. Preterea quicunq' sensus ex verbis alicui scripture trahitur quē

auctor non intendit non est sensus p̄ prius. quia auctor per vnam scripturam non potest intelligere nisi vnuz quia non contingit plura simul intelligere secundum phuz. ergo non possunt esse plures sensus proprij sacre scripture. Sed contra est quod dicitur Daniel. xiiij. Pertransibunt pluri et multiplex erit scientia.

Preterea Hiero. dicit i prologo b̄bie loquens de apocal. In verbis singulis multiplices latent intelligētie. Responsio dicendum. q' sacra scripture ad hoc divinitus est ordinata ut per eaz nobis veritas manifestetur necessaria ad salutem. manifestatio autem vel expressio alienius veritatis potest fieri de aliquo reb' et verbis in quantum sc̄z verba significat res et vna res potest esse figura alterius. Auctor autem rerum non solum potest verba accommodare ad aliquid significandum. sed etiam res potest disponere in figuram alteri. et secundum hoc in sacra scripture manifestatur veritas dupliciter. Uno modo secunduz q' res significantur per verba. et in hoc cōsistit sensus litteralis. Alio modo secundum q' res sunt figure aliarum rerum. et in hoc consistit sensus spiritualis. et sic sacra scripture plures sensus competunt.

Ad primum ergo dicēdum. q' varietas sensuum quorum vnu ab alio non procedit facit multiplicitatē locutionis. sed sensus spiritualis semper fundatur super litteralem et procedit ex eo. Unde ex hoc q' sacra scripture exponitur litteraliter et spiritualiter non est in ip̄a aliqua multiplicitas.

Ad secundum dicendum q' fin q' Augustinus dicit in lib. de doctri. xp̄iana. Utiliter est a deo dispositum ut veritas in sacra scripture cum aliqua difficultate manifeste

## Septimum

tur. **E**st enim hoc utile ad tollendū fastidii. quia ad ea que sūt difficultia maior surgit attentio que tediūz tol lit. Similiter ex hoc tollitur superbi encī occasio dum homo difficulter veritatem sacre scripture capere pōt. Similiter per hoc veritas fidei ab irrisione infidelium defenditur. **Vñ** domini? **A**path. vii. Nolite inquit sa cēm dare comibis. **E**t **P**ionysius **T**homoseum monebat vt sancta ab īmūndis incōtaminata servaret. **E**t ita patz q̄ expedit veritatē fidei sub diversis sensibus in sacra scripture tradi. **A**d tertium dicēdūz. q̄ sicut dicit Aug. in li. de doctrina xpiana nihil est qđ occulē in; aliquo loco sacre scripture tradat. quod nō alibi manifeste exponit. **V**nde spūalis expositiō semper debet habere fulci mentum ab aliqua literali expositiōne sacre scripture. et ita vitatur om nis erroris occasio. **A**d quartum dicendum. q̄ nō est propter defectū auctoritatis q̄ ex sensu spirituali nō potest trahi efficax argumentum. h̄ est ex ipsa natura similitudinis in qua fūdatur spiritualis sensus. **V**na enim res pluribus similis esse potest vnde non potest ab illa quando in scripture sacra proponitur procedi ad aliquam illarum determinate. h̄ est fallacia consequentis. Verbi gra tia. leo propter aliquam similitudinē significat christum et diaboluz. **V**nde p̄ hoc q̄ aliquid de leone dicatur in sacra scripture ad neutrum potest fieri processus in sacra scripture argumentando. **A**d quintum dicendum. q̄ actor principalis sacre scripture est spiritus sanctus. qui in uno verbo sacre scripture intellerit multo plura q̄ p̄ expositores sacre scripture exponantur vel discernant

nec etiam est inconveniens q̄ homo qui fuit actor instrumentalis sacre scripture in uno verbo plura intelligeret. quia prophete vt **H**iero. dicit super **O**see. Ita loquebantur de fa cīs presentibus q̄ etiaz intenderūt futura significare. **V**nde etiam non est impossibile simul plura intellige re in quantum unum est figura alte rins.

**A**rticulus xv  
**H**icz sic procedit. Vide tur q̄ nō debeant distingui quatuor sensus sacre scriptu rez historialis vel litteralis. alegori cus. moralis. et anagogicus. Sicut enim in sacra scripture aliqua figura dicuntur dño iesa de christo. ita etiam figurate dicuntur de mul tis alijs hominibus. sicut **D**anie. viij per hircum caprarū significatur rex grecorum. Sed huiusmodi figurati ve locutiones non faciunt aliquem sensum preter litteralem in sacra scri ptura. ergo nec sensus allegoricus per quem exponuntur de christo ea que in figura iphius precesserunt de bet alijs sensus ab historicō ponī. **P**retēa vna est ecēa capitī et mē brorum. Sed sensus alegoricus vii detur pertinere ad caput ecclesie scz christum. sensus moralis videtur pti nere ad membra eius scilz fideles. ergo sensus moralis non debet ab alle gorico distingui. **P**reterea moralis sensus est qui ad moribz instruci onem pertinet. Sed sacra scripture in pluribus locis secundum litterale sensum mores instruit. ergo moralis sensus non debet distingui a litterali. **P**reterea sicut christus est ca put ecclesie militantis. ita est caput triumphantis. nec est alijs et alijs

# Quodlibet

christus ergo nec sensus anagogic⁹ per quæ aliqua exponuntur de ecclesiis triūphante debz esse aliis ab alle gorico quo aliq⁹ exponuntur de xpō & ecclesia militante. **P**reterea si isti quatuor sensus essent de necessitate sacre scripture quelib⁹ pars sacre scripture deberet hos quatuor sensus habere sed hoc falsum est. **U**t ei Au gustin⁹ dicit sup gen. ad līam. In q̄ busdam sensus litteralis querendus est solus. ergo hi quatuor sensus nō sunt d̄ necessitate expositionis sacre scripture. **S**ed contra est qd̄ aug. dicit in principio super gen. ad litteraz. In omnibus libris sanctis oportet intueri que ibi eterna intuentur. que ibi facta narrantur. que futura prenunciantur. que agenda precipiuntur. **P**rimum pertinet ad sensu⁹ ana gogicum. scdm ad historicu⁹. tertiu⁹ ad alegoricu⁹. quartu⁹ ad morale ergo quatuor sunt sensus sacre scripture. **P**reterea Heda super Gen. in principio dicit. Quatuor sunt sensus sacre scripture. historia que res gestas loquitur. alegoria in qua aliud ex alio intelligitur. tropologia. i. moralis locutio in qua de moribus ordinandis tractatur. anagogia per quam de sumis & celestibus tractatur ad superiora reducimur. **G**enio dicendum. q̄ distinctio istorum quatuor sensu⁹ hoc modo accipi debz. Si cut enim dictum est sacra scripture veritatem quā tradit dupliciter manifestat per verba & per rerū figurā. Manifestatio autem que est per verba facit sensum historicum sive litteralem. vnde totum id ad sensum litteralem pertinet quod ex ipa verborum significatione recte accipitur. h⁹ sensus spiritualis ut dictum est accipitur vel consistit in hoc q̄ quedam

res per figuram aliarum rerum exp̄muntur. quia visibilis solent esse figure invisibilium. vt Pto. dicit. Ince ē q̄ sensus iste qui ex figuris accipit spiritualis vocatur. veritas autē quā sacra scripture per figurā rē trādit ad duo ordinatur. scilicet ad recte credendum & ad recte operandum. **S**i ad recte operandum sic est sensus moralis qui alio nomine tropologicus dicitur. si autem ad recte credendum oportet distinguere s̄m ordinem creditiblum. Ut enim dio. dicit. iij. c. ce. hier. stat⁹ ecclesie medius est iter statum sinagoge & statum ecclesie triūphantis. **V**etus ergo testamentu⁹ figura fuit noni. vetus simul & nouu⁹ figura sunt celestium. sensus ergo spiritualis ordinatus ad recte credendum potest fundari in illo modo figurationis quo vetus testamentu⁹ figurat nouu⁹. & sic est allegoricus sensus vel typicus. s̄m q̄ ea que in veteri testamento p̄tigerunt exponuntur d̄ xpō & ecclesia. vel p̄t fundari in illo modo figurationis quo nouu⁹ simul et vetus significant ecclesia triūphantem. & sic est sensus anagogic⁹. **A**d primum ergo descendit q̄ h̄rcus vel alia h̄mōi per que alie persone a christo in scripturis designantur. non fuerunt res aliq̄e sed similitudines imaginarie ad hoc solum offensae ut ille persone significantur. **U**nde illa significatio qua per illas similitudines persone ille aut regna designatur non pertinet nisi ad historicum sensum. **D**ed ad christum designādū etiam illa que in rei veritate contigerunt ordinantur sicut umbra ad veritatem. & ideo talis significatio qua per huiusmodi res christus aut ei⁹ membra significantur facit aliu⁹ sensum preter historicum scilicet alegori⁹.

## Septimum

cum. Si alicubi vero inneniantur q̄ christus significatur per huiusmodi imaginarias similitudines. talis significatio non excedit sensu litteralem. sicut christus significatur per lapidem qui excisus est de monte sine manibus. *Vas. iij.* Ad secundum dicendum. q̄ sensus alegoricus non solum pertinet ad christum ratione capitis sed etiam ratione membrorum sicut q̄ p̄ duodecim lapides electos de iordanē. *Josue. vii.* significantur duodecim apostoli. Sed moralis sensus pertinet ad membra christi quantum ad proprios eorum actus et nos fin q̄ considerantur ut membra. Ad tertium dicendum q̄ moralis sensus non dicitur omnis sensus p̄ quē mores instruuntur sed per quem instructio morum sumitur et similitudine aliquarum rerum gestarū. Sic enim moralis sensus est pars spiritu alis ita q̄ nunq̄ est idem sensus moralis et litteralis. Ad quartum dicendum q̄ sicut sensus alegoricus pertinet ad christum fin q̄ est caput ecclesie militantis iustificans eam et gratiam infundens. ita et sensus anagogicus pertinet ad eum fin q̄ est caput ecclesie triumphantis glorificans eas. Ad quintum dicendum q̄ quatuor isti sensus non attribuuntur sacre scripture ut in qualibz eius parte sit istis quatuor sensibus exponenda. sed quandoq; istis quatuor quandoq; tribus. quando duobus. quando uno tm. In sacra enim scripture precipue ex prioribus posteriora significantur. et ideo quandoq; in sacra scripture secundum sensum litteralem dicitur aliquid de priori qd potest spiritualiter de posterioribz exponi. sed non convertitur. Inter omnia autem que in sacra scripture

narrantur. prima sunt illa que ad vetus testamentum pertinent. et ideo q̄ secundum litteralez sensum ad facta veteris testamenti spectant possunt quatuor sensibus exponi. Secunda vero sunt illa que pertinent ad statum presentis ecclesie in quibus illa sunt priora que ad caput pertinent. respectu eorum que pertinent ad mebra. quia ipm corpus verum christi et ea que in ipo sunt gesta sunt figura corporis christi mystici et eorum que in ipo geruntur ut in ipo scilicet christo exempliz vivendi lumere debemus. In christo etiaz futura gloria nobis premonstrata est. Unde ea que ad litteram de ipo christo capite dicuntur possunt exponi et alegorice referendo ad corpus eius mysticu et moraliter referendo ad act nostros qui secundum ipm debent reformari. et anagogice in quantum in christo est nobis iter glorie dimicatum. Sed quando secundum litteralem sensu dicitur aliquid de ecclesia non potest exponi alegorice nisi forte ea que dicuntur de primitiva ecclesia exponantur quantum ad futurum statum ecclesie presentis. pos sunt tamen exponi moraliter et anagogice. Ea vero q̄ moraliter dicuntur secundum sensum litteralem non consueverunt exponi nisi alegorice. Illa vero que secundum sensum litteralem pertinent ad statum glorie nullo alio sensu consueverunt exponi eo q̄ ipsa non sunt figura alioru. sed ab omnibus alijs figurata.

Articulus. .xvi.

**H**ab tertium sic proceditur. Ut detur q̄ in alijs scripturis predicti sensus distinguiri debeat sensus enim spirituales in sacra scripture accipiuntur ex quibusdam su

n 3

# Quodlibet

militendinibus. sed in alijs scientijs pceditur etiam ex quibusdam simili-  
tudinibus. ergo in scripturis aliarum  
scientiarum possunt sensus plures in-  
ueniri. **P**reterea poetice artis est  
veritatem rerum aliquibus similitu-  
dibus fictis designari. ergo videat  
q̄ et in dictis poetarum sensus spiri-  
tuales inueniantur. et non solum in  
sacra scriptura. **P**reterea plus di-  
cit q̄ qui dicit unum quodammodo  
multa dicit. ergo videtur q̄ in alijs  
scientijs in uno sensu possunt designa-  
ri plures. et sic non solum sacra scriptu-  
ra hos sensus spirituales habet.  
**H**ec contra est quod dicit Gre.  
xxij. moral. Sacra scriptura omnes  
scientias atque doctrinas ipso etiam lo-  
cationis sue more transcendent. quia  
vno eodem q̄ sermonem dum narrat  
gesum prodit mysterium. **N**on sio  
dicendum q̄ spiritualis sensus sacre scri-  
pture accipitur ex hoc q̄ res cursu-  
rum per agentes significat aliquid ali-  
ud qđ per spiritalem sensum accipitur.  
**P**ic autem ordinantur res in cursu suo  
ut ex eis talis sensus possit accipi qđ  
eius solius est q̄ sua prouidentia res  
gubernat qui solus deus est. **E**cum  
enim homo potest exhibere ad ali-  
quid significandum alias voces  
vel alias similitudines fictas. ita  
deus exhibet ad significacionem aliq-  
ruin ipsum cursum rerum sue provide-  
tie subiectarum. Significare autem ali-  
quid per verba vel per similitudines  
fictas ad significanduz tantum ordi-  
natas non facit nisi sensum litterale.  
ut ex dictis patet. Unde in nulla sci-  
entia humana industria inuenta pro-  
prie loquendo potest inueniri nisi lit-  
teralis sensus. sed solum in ista scri-  
ptura cuius spiritus sanctus est actor  
homo vero instrumentum. fm illud

ps. Lingua mea calamus scribe tc  
**A**d primum ergo dicendum. q̄ in  
alijs scientijs proceditur ex similibus  
argumentando non q̄ ex verbis q̄/  
bus una res significatur significetur  
et alia res. **A**d tertium dicendum.  
q̄ fictiones poetice non sunt ad alijs  
ordinate nisi ad significanduz. unde  
talis significatio non superreditur  
modum litteralis sensus. **A**d terci-  
um dicendum. q̄ qui dicit unum q̄/  
dammodo dicit multa scilicet in potes-  
tate. fm q̄ conclusiones sunt potestia  
in principijs. **E**t uno enim principio  
multe conclusiones sequuntur. non  
q̄ in alijs scientijs per modum signi-  
ficacionis quod dicitur de una re si-  
mul de alijs intelligatur ut significa-  
tum. Itez inde trahi possit per argu-  
mentationem tc.

**Q**uestio est de opere manuali  
Circa quod queruntur duo  
Primo utrum operari ma-  
nibus sit in precepto. Secundo utrum  
ab hoc precepto excusat illi qui  
spiritualibus operibus vacant

## Articulus xvij.

**A**d primum sic proceditur. vi  
detur q̄ operari manib⁹ sit  
in precepto. ii. ad Thes. iii. Si  
quis non vult operari non mandu-  
cet. Audivimus enim tc. Slo. Quod  
ideo precipio quia audivimus. ergo  
tc. **P**reterea Aug. in li. de opere  
monachorum. Audient ergo quibus  
hoc precepit apl⁹s qui non habent  
hanc potestatem. **P**reterea null⁹  
debet excommunicari ut iura dicunt nisi  
pro mortali. sed null⁹ peccat mor-  
taliter nisi contra preceptum facies  
Cum ergo ille qui cessat ab opere

## Septimum

mannuali sive possit excommunicari.  
ut patet per illud quod dicitur.ij.ad  
thes.iiij. Et quis non obedierit verbo  
nostro per epistolam hunc notatez  
ne comedere cum illo ut confun-  
datur. videtur ergo quod operari mani-  
bus sit in precepto. Preterea ille qui  
peccauit tenetur penam debitam pro  
peccato sibi ex necessitate precepti.  
Hoc omnes in Adam peccaverunt  
ad Ro.v. Pena autem peccati. Ade  
est labor manualis. Gen.iiij. In suds  
re vultus tui velceris pane tuo. ergo  
omnibus est preceptum manibus la-  
borare. Preterea ad eph.iiij. Qui  
furabat iam non furetur magis aut  
laboret operando manibus suis. gl.  
Laboret operando non solum per se-  
nos sed etiam manibus. Illud autem  
quod ad omnes pertinet est preceptum  
non consilium. ergo et cetera. Preterea  
labor manualis necessarius est ad su-  
stentationem vite corporalis. sicut  
a deus virtutum sunt necessarij ad su-  
stentationem vite spiritualis. Sed actus  
virtutum sunt in precepto. ergo labo-  
rare manibus. Preterea illud  
ad quod sequitur peccatum mortale  
non potest sine peccato mortali fieri.  
Et ad non laborare sequitur non ma-  
ducere. quod quandoque est peccatum  
mortale. ij.ad thes.iiij. Qui non ope-  
ratur non manducet. ergo non ope-  
rari manibus est peccatum mortale  
ergo eius oppositum est in precepto.  
Hoc contra. Non est contrarium  
precepto vel consilio preceptum domi-  
ni. vel consilium. Sed dominus vel  
precipiendo vel presulendo dicit Mat.  
vi. Nolite solliciti esse anime vestre de  
hunc autem contrariatur labor ma-  
nuum. quia qui laborant manibus  
solliciti sunt de necessariis corporis.  
ergo labor manualis non est in pre-

cepto. Preterea lex vetus quam  
tum ad precepta moralia sufficienter  
continebat que necessaria sunt ad sa-  
lutem. Unde dominus Matth. xviii.  
Si vis ad vitam ingredi serva man-  
data. et loquitur de mandatis deca-  
logi. Unde subdit. Non homicidium  
facies. non furaberis. Sed in precep-  
tis veteris legis nihil continetur  
de labore manuali. ergo labor ma-  
nuum non est in precepto. Prete-  
rea ad precepta seruanda omnes te-  
nentur. Sed ad labores manuali non  
omnes lenentur. alias qui sunt diui-  
tes et manibus non laborant morta-  
liter peccarent. ergo labor manualis  
non est in precepto. Preterea ad  
precepta non magis tenentur religi-  
osi quam seculares. Sed ad labores manuali  
manibus videntur magis teneri reli-  
giosi quam seculares. Unde Augu. in li.  
de operibus monachorum. monas-  
chos reprehendit quia non laborat  
non autem alios. ergo et cetera. Preter-  
ea usus liberalium artium nobilior  
est quam mechanicarum qui in opere ma-  
nuali consistit. Sed usus liberalium  
artium non est in precepto. ergo mul-  
to minus labor manualis. Respon-  
sio dicendum. quam iudicium de unaqua-  
cum re sumendum est secundum fines ad quae  
ordinatur. Labor autem manualis ad  
tria esse utilis invenitur. Primo ad  
ocium tollendum. Unde Hierony.  
ad rusticum monachum. Semper a  
liquid operis facito. ut te diabolus  
inueniat occupatum. et quod intelligat  
de opere manuali patet per illud quod  
subiungit. vel fiscellam tere iuncto. et  
postea subiungit. In desideriis est  
omnis ocosus. Secundo ad cor-  
pus domandum. Unde.ij.ad Cor.  
vi. Alijs carnis maceratisibus com-  
iungit. ubi dicitur in laboribus scilicet

n. iiiij

# Quodlibet

operum, quia manibus suis operari  
batur, et subiungit In vigiliis et leiu-  
niis et. **T**ertio ordinatur ad que-  
rendum victum Actuum.xx. Ad ea  
que mihi opus erant, et his qui me  
cum erant ministraverunt manu iste  
**S**i ergo consideretur labor manu  
secundus quod ordinatur ad tollendum  
otium vel corpus domandum, sic idem  
iudicium est de labore manuum et de  
alijs exertijs ad eadem ordinatis  
**N**on enim est in precepto quod tollan-  
tur otium tali aut tali occupatione  
sed sufficit ad otium tollendum qua-  
cunq; licita occupatione ab ocio qd  
desistat, et sic occupatio laboris ma-  
nuum non est in precepto considera-  
to hoc fine. **E**t similis est ratio de la-  
bore manuum secundum quod ordina-  
tur ad corpus domandum, quia mul-  
tis exercitijs corpus domari potest  
sicut vigiliis ieiuniis et multis huius  
modi. **I**nde nullum eorum inquan-  
tum ordinatur ad talem finem est in  
precepto in speciali, quamvis in ge-  
nerali sit in precepto corpus doma-  
re qualicunq; exercitio quo mortife-  
re concupiscentie reprimantur. **S**e-  
cundum autem quod ordinatur ad vi-  
ctum querendum sic videtur esse in  
precepto. **I**nde dicitur. i. ad Thesal.  
iii. Operemini manibus vestris sic  
precepimus vobis nec solum in pre-  
cepto iuris positivi sed etiam iuris  
naturalis. **I**lla enim sunt de lege na-  
turali ad que homo ex suis naturali-  
bus inclinatur. **S**icut autem ex ipsa  
dispositione corporis patet homo  
naturalem ordinationem habet ad  
opus manuale, propter quod dicitur  
Job.v. Homo ad laborem na-  
scitur et auis ad volandum. **C**um au-  
tem alijs animalibus natura suffici-  
enter prouiderit in his quod ad sustentationem

sue vite pertinet in cibis et ar-  
mis et tegumentis homini in his non  
prouidit, quia ipse est per ratione  
per quam sibi potest prouidere in om-  
nibus supra dictis. **V**nde erit sibi lo-  
co omnium predictorum manus co-  
ueniens ad diversa opera quibus co-  
ceptiones rationis diversis artifici-  
is exequatur, ut dicitur. xiiij. de ani-  
malibus. **H**oc enim est quod duplex  
est preceptum legis nature, quoddam  
quod ordinatur ad tollendum defectum  
vni singularis persone vel spuiale si-  
cut de actibus virtutum, vel corpora-  
le sicut preceptum quod dominus dedit  
homini gen. ij. **P**er omni ligno quod  
est in paradiiso comedere et. **I**lliud ve-  
ro est quod ordinatur ad tollendum  
defectum totius speciei sicut hoc quod  
dicitur gen. i. **C**rescite et multiplicae-  
mini et replete terram. **I**n hoc enim preci-  
pitur actus generationis quo natu-  
ra salvatur et multiplicatur. **H**oc est  
interest inter hec duo genera precep-  
torum, quia primum preceptum le-  
gis nature quilibet tenetur singulariter  
obseruare, sed ad secundum preceptum  
non tenetur quilibet singulariter. **I**n  
his que pertinent ad speciez omnes  
homines computandi sunt quasi unius  
homo, participatione enim speciei plu-  
res homines sunt unus homo, ut dicit  
Porphiri. **S**icut autem homo unus ha-  
bit diversa membra quibus occupatur  
in diversis officiis ordinatis ad tol-  
lendum proprium defectum que non possunt  
omnis per unum membrum exerce-  
ri, sicut oculus videt totum corpum et  
pes totum corpus portat, ita oportet  
esse in his que ad totam speciem  
pertinent. **N**on enim sufficeret unus ho-  
mo ad exercenda omnia quibus hu-  
mana societas indiget, et ideo diver-  
sis officiis oportet occupari diversi

## Septimum.

sos. ut dicitur ad Ro. xiiij. **S**icut in uno corpore multa membra habemus ic. **H**ec antez diversificatio' hominum diversis officijs contingit. pmo ex divina prouidētia que ita hominū ī status distribuit. ut nihil vñq̄ deesse inueniat de necessarijs ad vitam. **S**ecundo etiam ex causis naturalibus. ex quibus contingit q̄ in diversis hominibus sunt diverse inclinations ad diversa officia vñ ad diversos modos viuendi. **Q**uia ergo labore manuum aliquis potest subuenire et proprio defectui et alieno. cum non possit unus homo in omnibus sibi sufficere sed indiget alieno auxilio patet q̄ preceptum de labore manuum quodammodo sub utroq; genere predictorū preceptorum continetur. **I**n quantum enim labore manuū unius subuenitur necessitatibus aliorum sic pertinet ad secundum genus naturalium preceptorum. **I**n quantum autē aliquis per hoc suis necessitatibus subuenit pertinet ad primum genus sicut preceptum de comedendo. **P**receptum autem quod ordinatur ad tollendū defectum corporalem non obligat nisi defectu existente. unde si esset aliquis qui posset vivere sine cibo non obligaretur precepto de comedendo. **S**ic ergo preceptum de labore manuum non obligat aliquę singuliter secundū q̄ ordinatur ad tollendum defectū p̄manē aliquā modo. neq; secundū q̄ ordinatur ad tollendum proprium nisi defectu existēte. et ideo ille qui habet unde licite vivere possit non tenetur manib; operari. qui autem non habet unde alias vivat vñ nisi aliquo illicito negotio victum acquirat tenetur manibus laborare. **E**t hoc patet per apo-

stolum in tribus locis vbi de manus operatione preceptum dat

**P**rimo ad Eph. quarto. vbi prohibendo furtum iniungit manuum operationem. **Q**ui furabatur iam nō furetur. magis autem laboret manus suis. **S**ecundo. i. ad Thes. iiiij. vbi precipit labore manuum prohibens concupiscentiam rerum alienarum. **O**peremini inquit manibus vestris sicut precepimus vobis ut honeste ambuletis ad eos qui forsunt nullius aliquid desideretis

**T**ertio. ii. ad Thes. iiiij. vbi precipit operationem manuū prohibēt turpia negotia quibus aliqui victū querebant. **A**udiuimus inquit inter vos quosdam ambulare inquiete nihil operantes sed curiose agentes. **G**lo. **Q**ui feda cura sibi necessaria prouident. et subiungit. **M**is autem qui huiusmodi sunt denunciamus et obsecramus in domino Iesu christo ut cum silentio operantes panem suum manducent. **S**ciendum etiam est q̄ sicut visus ē principalior inter alios sensus. ratione cuius omnes alij sensus nomen visus sortiuntur. vt Augustinus dicit. ita manus quia ad plurima opera necessaria est dicitor organum organorum in tertio de anima. et ideo per operationem manualem intelligitur non solum quod manibus sit sed quocūq; corporali instrumento. et breuiter quod cunq; officium homo agit de quo licite possit victimum adquirere sub labore manuum comprehenditur. **N**ō enim videtur rationabile q̄ magistri artivm mechanice possint vñ vere de arte sua. et magistri artivz liberalium nō possint vivere d arte sua. **S**imiliter et adhucati pñt vivere de

# Quodlibet

patrocinio quod prestant in causis  
et similiter ē de omnibus alijs licitis  
occupationibus. **N**ūia ergo prece-  
ptum est sed non omnes obligat. sō  
ad vtraspqr rationes respondenduz  
est. **A**d prīmū ergo et ad scđm p3  
solutio ex dictis. quia concedim⁹ la-  
borē manū esse in precepto nō tñ  
omnes ad hoc singulariter obligari.  
**A**d tertū dicenduz. q̄ sicut ex di-  
ctis patz aplus loquitur in casu illo  
qñ pretermisso labore in manu⁹ de se  
dis negotijs sibi victus adquirebat  
in quo casu obligabantur ad prece-  
ptum seruandum. et ideo dign⁹ erāt  
excōicari. **A**d qrtū dicenduz q̄  
verba illa dei magis sunt prenunci-  
antis penā q̄ precipitatis satisfactio-  
nem. vñ premisit. **A**lecedit terra in  
opere tuo spinas et tribulos gerim⁹  
nabit tibi. et similiter mulieri dixit  
**I**n dolore paries filios. Et ideo nō  
sequitur q̄ ad laborandum quilibz  
homo teneatur ex necessitate p̄cepti.  
alias sequeretur q̄ quilibz teneretur  
ad agriculturam de qua dominus  
ibi facit mentionem. **A**d qntū dō  
q̄ vita spūalis a nullo potest conser-  
uari nisi per act⁹ virtutū. et ideo qui-  
libz obligatur ad seruanda precepta  
que sunt de actibus virtutuz. h̄ vita  
spūalis a multis potest conseruari si  
ne hoc q̄lmanibus operētur. et ideo  
q̄nisi sit generaliter in precepto nō  
tamen quilibz ad obseruationez ei⁹  
tenetur. **A**d vi. dō. q̄ non mandu-  
ducare non est peccatum mortale ni-  
si quando sine manducatiōe vita ser-  
uari non potest. tunc enī aliquis nō  
manducando seipsum occideret. et si  
militer nō oport̄ q̄ aliquis peccet  
non laborando manibus nisi quan-  
do alias vitam seruare non posset  
nisi illicitis curis. et ideo cum illicite

cure sint modis omnibus fugiende  
sub eadem distinctione posuit apo-  
stolus non manducare et non opera-  
ri dicens. **N**isi non vult operari nō  
manducet. **A**d prīmū autem eo  
rum que in contrarium obijcuntur  
dicendum q̄ non prohibz dominus  
apostolis omnem solicitudinem sci-  
licet de his que pertinent ad victus  
corporis. alias ipse loculos non ha-  
buerit. sed prohibet solicitudinem  
suffocantem. qua mens suffocatur  
dupliciter. **U**no modo ut in rebus  
temporalibus finem ponat recte o-  
perationis. et hoc deus prohibet.  
**U**nde Augustinus dicit in libro de  
operibus monachorum exponens  
illud. **N**olite solliciti esse et cetera.  
**N**on autem ut ista non procurent  
quantum necessitatis est quod ho-  
nestē poterunt. sed ut ista non intue-  
antur. et propter ista faciant quicq;  
quid in predicatione enangeli⁹ face-  
re iubentur. **E**t habetur in glosa. i.  
ad Thesal. quarto. **S**ecundo suffo-  
catur mens p̄dicta solicitudine quā  
do fiduciam de deo amittit. et hoc  
dominus prohibere intendit. **U**nde  
dicit glosa super illud. **N**atheo sexto  
**H**oc exemplo non prohibet prouis-  
tentiam et laborem. scilicet de au-  
ibus et lilijs. sed solicitudinem ut to-  
ta fiducia nostra sit in deo per quęz  
et aues sine cura viuunt. **A**d se-  
cundum est dicendum q̄ non om-  
nia que sunt in precepto continētur  
explicite in preceptis decalogi. sed  
ad ea possunt reduci cum implicite  
in eis contineantur. et sic preceptuz  
de labore manuum per quem vita  
corporalis conservatur reducitur  
ad hoc preceptum. **N**on occides. si  
cut etiam preceptum de manducan-

(dō)

## Septimum.

vel ad hoc preceptum. Non furtus facies quo omne illicitum lucrum quod per labore manuum evitatur prohibetur. Ad tertium dicendum. quod in quolibet precepto duo sunt consideranda scilicet finis preceptum possibilis obseruandi. quia omnia precepta cuiuslibet legis sunt ordinata ad aliquid bonum inducendum vel malum tollendum. nec aliquid impossibile precepit potest. Unde dicit Hieronimus. Qui dicit deum aliquid precepisse impossibile anathema sit. Si ergo sit tale preceptum quod nullo modo reddi possit impossibile obseruandum. et sine eo finis intentus haberi non possit obligatio illius precepti semper manet sicut est in preceptis de actibus virtutum. quia ad minus actus interiores semper sunt in hominis potestate et sine eis vita spiritualis conservari non potest. ut dictum est. Probus ergo modis preceptum de operatione manuum obligationem amittit. Uno modo quando aliquis reddire importens ad laborandum propter corporis imbecillitatem. Alio modo quando finem huius precepti scilicet conservationem corporalis vite consequi potest sine labore manuum. ut ex dictis patrum. Ad quartum dicendum. quod ad labore manuum per se loquendo equaliter religiosi et seculares tenentur. quod patrum ex duobus. Prior ex verbo apostoli. ad Thess. iii. ubi ponit de opere manuum preceptum dicentes. Subtrahatis vos ab omni fratre ambulante inordinate ut fratres enim omnes christianos vocat. Non enim tunc temporis aliqui religiosi determinati erant. Secundo patrum ex hoc quod religiosi non tenentur ad alia quam seculares nisi ad ea quibus se ex voto obligaverunt. sed per acci-

dens contingit quod hoc preceptum magis tangit religiosos quam alios. et de hoc dupliciter. Primo quia religiosi in paupertate vivunt. unde facilis potest eis accidere quod non habent unde vivant alii secularibus. Secundo ex statuto regule in aliis ordinibus ordinibus. Unde dicit Hieronimus in epistola ad Rusticum monachum. Egyptiorum monasteria hunc tenent morem ut nullum absque opere et labore suscipiant. non tam propter victus necessaria quam propter anime salutem. ne vagetur perniciose cogitationibus. sicut etiam ad vigilias et alia quibus dominatur corpus tenentur quandoque religiosi ex statutis suis ad que seculares non tenentur. Ad quintum dicendum quod quamvis usus liberalium artium sit nobilior. non tamen ita est necessarius ad vitam corporis sustentandam. Et proutera sub operatione manuum comprehenditur. sicut ex dictis patrum.

### Articulus xviii.

**Q**uia secundum sic proceditur. videtur quod illi qui spiritualibus operibus vacant non excusentur a labore manuum. i. enim ad Thes. iii. super illud. Si quis non vult operari non manducet. dicit glossa Augusti. Vident quidam de operibus spiritualibus hoc apostolum precepisse. et postea subdit. Sed superflue conantur et sibi et ceteris caliginem obducere. ut quod charitas vtiliter monet non solum facere nolint sed nec intelligere. et ita videtur quod per spiritualia opera a labore manuum non excusentur. Preterea inter omnia spiritualia maria sunt orationes et predicationes. Et per ista opera non

# Quodlibet

excusantur aliqui a labore manuali ergo et cetera. Probatio medie. Au gustinus dicit in libro de operibus monachorum. Quid agant qui operari corporaliter nolunt scire desidero et cetera. vacent orationibus inquit lectionibus et verbo dei. et postea subdit. Sed si ab his amoneendi non sumus nec manducandus est nec esse preparande. Si autem ab ista vacare seruos dei certis interuallis temporum infirmitatis necessitas cogit cur etiam non preceptis apostolicis obseruandis aliquas partes temporum deputamus. Et quantum ad orantes dicit. Cuius exauditur una obedientis oratio quam decem missa contemnentis. Quantum vero ad psallentes subdit. Latina divina cantare etiam manibus operantes facile possunt et ipsum laborem divino tanquam celumate consolari. Quam tamen vero ad legentes subdit. Qui autem dicunt se lectioni vacare nonne illic inueniunt quod precepit apostolus. Que est ergo ista peruersitas lectioni nolle obtemperare dum vult ei vacare. Quis enim nesciat tam citius quencunq; proficere cum bona legit quanto citius facit quod legit. Quantum vero ad predicatores subiungit. Si autem alicui sermo est erogandus et ita se occupat ut manibus operari non vacet nunquid hac omnes possunt in monasterio venientibus ad se vel diuinis lectiones exponere vel de aliquibus disputationibus salubriter disputare. Quando ergo non omnes possunt cur sub hoc obtentu omnes vacare volunt. quamquam eti omnes possent vicissitudine facere debere. et non soluz vi ceteri a necessariis actibus occupantur. sed quia sufficit ut pluri

bus auctentibus unus loquatur.

Preterea clerici maxime operibus spiritualibus occupantur. Sed ipsi tenentur ad laborem manuum. ergo et cetera. Probatio medie. Distinctione octuaginta prima dicitur. Clericus victimum aut vestitum sibi artificio vel agricultura absq; officiis sustinuerat detimento preparat. Itē in alio. Clericus qui verbo dei eruditus est artificio victimum querat. Item omnes clerici qui ad operandum validi sunt et artificialia et literas discant. Preterea religio si qui omnia reliquerūt maxime operibus spiritualibus vacant. Sed tales tenentur ad manuum laborū ergo et cetera. Probatio medie. Luce duodecimo. Teneite que possidetis. Hoc. Non tantum cibos vestros communicate pauperibus. sed etiam vendite possessiones vestras. ut omnibus vestris filiul p' domino spiritis postea labore manuum operemini. unde vivatis et elemosynam faciatis. Preterea decretum dicit distinctione vicisim a secunda. q' ille est hereticus qui facit p' statutum ecclesie romane. Sed illi qui mendicant non laborantes propriis manibus faciunt contra statutum Calixti pape. xij. questione. i. Videntes sumi sacerdotes it. ubi dicitur q' ecclesia statuit q' inter eos qui communis vita degere volunt nullus egens inueniatur. ergo religiosi propter opera spiritualia non excusantur a labore manuum. Imo si mendicant sunt heretici. Preterea ille qui exponeit se periculo mortis peccat quasi tentans deum sicut si aliquis videret vultum venientem in furia et deponeret arma quibus posset se defendere tentaret deum.

## Septimum.

**S**ed ille qui reliquit omnia et non laborat manib⁹ abiicit a se necessariae victus quibus resilitur consumptio ni que fit in corpore per calorem na turalem ergo talis peccat quasi ten tans deum. **P**reterea ad phi.ij. dicit apostol⁹. Imitatores mei esto te fratres. **S**ed ipse quamvis predi caret et operibus spiritualib⁹ vaca ret. nihilominus opere manuum vi etum querebat.ij.ad Thesal.ij. **I**pi scitis quemadmodum et vos oportet initari et nos quoniam non inqesi ti fuimus apud vos neq; gratis pa nem manducavimus ab aliquo sed in labore et fatigacione nocte ac die operantes ne quem vestrum grau remus. ergo it. **P**reterea **B**enef vicesum tertio super illud. **C**onfir matus est ager it. dicit glo. q; perfe ctus predicator⁹ animam suaz absco dit sub bone operationis et contem plationis regimine. et ita illi qui ope ribus spiritualibus insistunt per co templationem debent etiam operib⁹ exterioribus vacare per actio nem. et sic opera spiritualia non excu sant a labore manuum. **S**ed con tra Lu.nono. **G**ine ut mortui sepeli ant in mortuos suos dicit glo. **D**omi nus docet minora bona pro maiori bus esse diuinitenda. **S**ed opera spi ritualia sunt maiora bona q; opera manualia. ergo debet hec pretermi tere propter illa. **P**reterea opera pietatis sunt potiora q; exercitia cor poralia. prima ad Thib. quarto. **C**or poralis exercitatio ad modicū uti lis est. pietas autem ad omnia valet. **S**ed opera misericordie et pietatis sunt diuinitenda ut vacetur predica tioni. **A**ctuum. vi. **N**on est equum nos relinquere verbum dei et cetera Luce nono. **G**ine mortuos sepelire

mortuos suos. tu autem vade et an nuncia regnum dei. ergo multo for tius propter predicationem et alia opera spiritualia est diuinitendum opus manuale et alia que ad exer ci tationem pertinent corporalem.

**P**reterea secunda ad Thib. secun do. Nemo militans deo implicat se negotiis secularibus. **G**losa. Illa sūt secularia negotia quibus anim⁹ oc cupatur colligēde pecunie cura. **G**z qui operaneur manibus habent cu ram de colligenda pecunia. ergo im plicantur negotiis secularibus. **E**t ita illi qui militant deo in spirituali bus operibus non debent operib⁹ manuum occupari. **R**esponsio dicendum q; veritas huius questio nis apparet ex his que in superiori questione sunt dicta. **P**ictum est enī supra q; illi tantum obligantur ad obseruationem huius precepti. scilicet de opere manuum. qui non ha bent alias unde licite vivere possint et ideo qui spiritualia opera exer cent et possunt alias licite vivere q; de labore manu⁹ non tenentur ma nib⁹ laborare. **E**nde distinguen dum videtur de operibus spiritualibus. **G**unt enim quedam bona spi ritualia. que in bonum commune ce dunt. quedam vero que ad singula rem profectum facientis pertinent. **E**is autem q; in spiritualibus operib⁹ occupantur ad utilitatem com muneum pertinentibus debet proui deri de his quorum utilitati deserui unt. quod patet per auctoritatem i. ad Corinthe. nono. **G**i nos vobis spiritualia seminamus non est mai gnus si carnalia vestra metamus. hoc etiam patet per rationem. quia uillitas spiritualis prefertur corpo rali.

# Quodlibet

**E**is autem qui utilitati communis deseruunt in temporalibus debetur sustentatio ex proprio labore quo utilitati communi deseruunt. sicut patet de militibus qui pro pace rei publice militant. **Unde** i. ad Cor. ix. **Quis** militar suis stipendijs vnde. **Unde** multo magis qui in spirituualibus bonum promouent in talis ministerio sustentari possunt. et sic non tenentur manibus laborare. **Sunt** autem quatuor opera spiritualia quibus communis utilitas promovet. et ex hoc eis stipendia debentur. **Pri**imum est occupatio in iudicis ecclesiasticis exequendis. **Dicitur** enim ad Rom. xiiij. **De** potestate seculari que iudicium seculare exercet. ideo et tributa prestatis scilicet iudicibus. ministri enim dei sunt in hoc ipsum servientes vobis. **Et** propter hoc Augustinus dicit in libro de operibus monachorum. **Q**uod debent manuum operibus insistere illi duntur at qui ab ecclesia sticis occupationibus vacant. unde et se excusat a labore manuum propter iudicia ecclesiastica quibus occupabatur dicens. **N**uem dicere possumus quis militant suis stipendijs unde. tamen dominum nostrum Iesum Christum testes invoco super animam meam quoniam quantum ad meum attinet cōmodum multo malleum per singulos dies certis horis quantu in bene moderatis monasteriis constitutum est aliquid operari manibus. et ceteras horas habere ad orandum et legendum libros. aut aliquid de divinis litteris agendum quam tumultuosissimas perplexitates aliarum eas pati de negotiis secularibus vel indicando dirimendis vel intervenienti precipiendis. scđm opus spirituale quod in bonum commune recū

dat est opus predicationis quo fructus animarum in populo procuratur. **E**t ideo ut dicitur. i. ad Cor. ix. **Do**minus ordinavit his qui euangelium annunciant de euangelio vivere debet nec debet hoc referri tamen ad illos qui habent auctoritatem predicatorum. sicut sunt prelati sed etiam ad eos quod qualitercumque licite predican ex commissione prelatorum quia stipendia non debentur potestati sed operi et labori. ut dicitur. ii. ad Thess. ii. **L**aboratem agricolam oportet primum de fructibus percipere. **G**lossa. predicatorum qui in agro ecclesie ligone verbi excolit corda auditorum. nec tamen illi qui predican possunt de euangelio vivere sed etiam illi qui eis ministrant ad hoc officium cooperantes quod patet ad ro. xv. **S**i spiritualium particeps facti sunt gentiles. debent etiam in carnalibus ministrare eis. gl. **E**orum scilicet iudeorum qui miserunt predicatorum ab hierosolimis. unde etiam illi qui predicatorum mittunt possunt de fructu euangelij vivere. **T**ertius opus spirituale quod cedit in bonum commune sunt orationes que sunt in horis canonicas ad salutem ecclesie ut auertatur ira dei a populo. **E**zech. xliv. **N**on oppoluistis vos murum pro domo Israel ut stataret in prelio in die domini. **G**lossa. **P**recibus dimicantes et divine sententie resistentes. et ideo dicitur. i. ad Cor. ix. **Q**ui altario deseruunt cum altario participantur. **E**t de his duobus operibus dicit Augustinus in libro de operibus monachorum. **S**i euangeliste sunt fateor habet protestatem scilicet vivendi de sumptibus fidelium. quia de hoc loquitur. **S**i ministri altaris dispensatores sacra mentorum sunt. **U**nde sibi istaz non

## Septimum.

arrogant. sed vendicant potestatem  
Quartum opus spirituale quod re-  
dundat in bonum commune est eluci-  
datio sacre scripture. Qui enim elu-  
cidationi sacre scripture vacant ad  
alios instruendum possunt de hoc  
opere spirituali vivere i.e. ad Thm.  
quinto. Qui bene presunt presbyte-  
ri duplice honore digni habeantur.  
maxime autem qui laborant in ver-  
bo et doctrina Glosa Ut eis spiritu  
aliter obediunt exteriora ministrerent  
Qui laborant in verbo. Glosa. In  
exhortatione scientiuz et doctrina ne  
scientium. Et hoc etiam planius di-  
cit Hieronymus ad Vigilantium.  
Hec in iudea usq; hodie perseverat  
consuetudo non solum apud nos  
etiam apud hebreos ut qui in lege  
domini ineditantur die ac nocte et  
patrem non habent in terra nisi so-  
lum deum sinagogarum totius or-  
bis soueantur ministerijs. Patet er-  
go q; illi qui predictis operibus spi-  
ritualibus vacant non tenentur ma-  
nibus laborare. De illis autem qui  
vacant spiritualibus que non dire-  
cte in bonum commune redundant.  
sed in bonuz facientis sicut sunt ora-  
tiones private. ieunia et huiusmodi  
distinguendum est. quia aut illi qui  
in religione istis operibus occupan-  
tur habent in seculo unde viuerent  
sine labore manuum. aut non. Si sic  
tales cum ad religionem veniunt no  
tenentur manibus laborare. Unde  
Augustinus in libro de operib; mo-  
nachorum. Si habeant aliquid in  
hoc seculo quo facile sine opificio  
sustentarent vitam suam quod con-  
uersi ad deum indigentibus dispar-  
eti sunt. et credenda est eorum infir-  
mitas et ferenda. Solent enim tales  
languidius educati labore corporo

ralem sustinere non posse. Si autem  
in seculo opifices fuerunt de labore  
manuum viuentes. tunc ex duplice  
causa venientes ad religionem pos-  
sunt laborem manuum intermittere  
uno modo ex pigritia operandi vo-  
lentes ocio vivere et tales peccant.  
Et hoc est quod Augustinus dicit  
in predicto libro. Plerung; veniunt  
ad professionem servitutis dei et ex  
professione servili et vita rusticana  
et ex opificium exercitatione et plebe-  
io labore. et postea subdit. Tales era-  
go secunduz q; minus operantur de  
infirmitate corporis excusare non  
possunt. preterite quippe vite consue-  
tuinde coniunctuntur. et interponit.  
Non enim apparet utrum ex propo-  
sito servitutis dei veneant an vitam  
inopem et laboriosam fugientes. Un-  
lio modo intermittit aliquis opus  
manuale ex intentione divini amo-  
ris quo ad opus contemplationis  
quasi continue eleuantur. tales cum  
spiritu dei agantur no peccant. quia  
ubi spiritus domini ibi libertas. Un-  
de Gregorius dicit super Ezechiel.  
Contemplativa vita est charitatem  
dei et proximi toto corde retinere.  
ab exteriori actione quiescere. soli  
desiderio conditoris inherere ut nū  
hil iam agere libeat. Et hoc idei-  
habetur in quadam glosa Genes. vi  
cesimotertio. Confirmatus est ager  
et cetera. Contemplativa autem vita  
a cunctis actionib; fūditus dividit.  
Et hoc quod habetur Mathei. vi.  
in glos. super illud. Considerate vo-  
latilia celi et cetera. Sancti viri cui  
bus comparantur. quia celum pe-  
runt. et quidem ita remoti sunt a mun-  
do ut iam in terris nihil agant. nihil  
laborent. sed sola devota contempla-  
tione iam in celo degunt.

# Quodlibet

**A**d p̄mū ergo dō. q̄ gl. illa sumēt ab aug. in li. de opib⁹ monachorū q̄ librū illū scriptū p̄tra quoscā mona chos qui dicebant q̄ nō licebat ser uis dei manibus laborare. t̄ hoc qđ dicit apls. **Q**ui non vult opari non manducet exponebant de opere spi rituali. quā expositionē aug. in li. il lo multipliciter improbat. **V**nde di cendū est q̄ illud apli. **Q**ui nō vult operari non manducet ūc. de opere manuali intelligitur. non tñ sequitur q̄ ad h̄mōi impletionē preceptū om nes teneantur. **I**pse non tenebatur. vnde premisit. **N**on quasi non habu erim⁹ potestatē sc̄z sumptus accipiē di t̄ vñuendi sine labore manu⁹. vñ patz q̄ glo. illa non est ad proposi tum. **A**d scđm dicendū. q̄ in omnī bus opib⁹ que tangit obiectio diffi guendum est. quia vel possunt esse q̄ si publica opera vel privata. **L**oqui tur autem Aug⁹. de illis operibus spiritualibus s̄m q̄ sunt opera p̄ua ta. **I**ntelligit enim de orationib⁹ et canticis privatis. non de his que in ecclesia solemniter celebrantur. quod patz ex hoc q̄ dicit q̄ possunt simul qui manibus operantur diuina can tica cantare. qđ non essz conueniens si de horis canoniciis intelligeretur. **S**imiliter quod dicit de lectionib⁹ loquitur de illis qui vacant lectionē ad consolationem propriam tñ. sic in monasterijs monachi faciunt. non autem de illis quorum vita studio scripturarum depuratur ad suam et aliorum instructionem. **N**on est enī dubium q̄ p̄ labore manu⁹ studiū impedit. **S**imiliter qđ dicit de p̄ dicatione intelligendū est de illis q̄ uon publice predicāt. sed aliq verba eccliticaria hoib⁹ ad se venientibus loquitur. sicut sancti patres in here mo facere consueverunt. t̄ hoc patz

ex ipsis verbis supra inductis. vñ eti am dicit. **T**i sermo ero gaudus est ūc quia vt dicit glo. i. ad Cor. ii. sup illo lud. **S**ermo meus t̄ predicatione mea. **S**ermo est qui privatim siebat sed predicatione que siebat in cōmuni. **A**d tertium dicendum. q̄ decretum loquitur de illis clericis quibus nō sufficiunt oblationes t̄ elemosyne q̄ eis a fidelibus sūt vel ecclesie facul tates. **E**adem enim ratio est de illis qui viuunt de facultatibus ecclesie et de illis qui viuunt particulariter de elemosynis. quia facultates eccle sie elemosyne sunt t̄ ad sustentatio nem pauperum dantur. **V**nde dicit glosa super illud Iaie tertio. **E**tra pina pauperis in domo vestra. In domibus principum rapina pauperum est duz ecclesie opes sibi thesau risant t̄ in deliciis abutūntur que ad sustentationem pauperum dantur. **E**t de hoc habetur .xij. q. i. propter quod etiam dicitur .iiij. q. ii. **S**acerdos. **O**r sacerdos cui dispensationis cura commissa est cum laude pietatis accipit a populo dispensanda et fideliter dispensat accepta. quia omnia sua aut reliquit parentibus aut distribuit pauperibus aut ecclesie re bus adiūxit. t̄ se in numero pauperum paupertatis amore constituit. vt vnde pauperibus subministrat in de t̄ ipse tanq̄ pauper voluntarius viuat. **E**t sic patet q̄ clerici qui de ecclesie rebus viuunt eandem ratio nem vtendi eis habent sicut illi qui facultatibus carentes de elemosynis sibi datis viuunt. **A**d quar tum est dicendum q̄ glosa illa non imponit necessitatē his qui sua re linquunt vt manibus operentur. sed ostendit quoddam bonum quod fa cere possunt qui sua relinquunt vt sci licet et inanum labore ac qui ant

## Septimum

vñ sibi p̄uideant ⁊ elemosynas alijs faciant. nec tñ per hoc excluditur qn etiā bene faciant si inanib⁹ nō labo rantes spūalib⁹ elemosynis vacent que sunt corporalib⁹ potiores. Ad quicū dicendū. q illi rōnis pma falsa est. Non enim qui facit contra statu tñ pape est heretic⁹ nisi forte credat pape non esse obediendū. vñ in c. in ducto dicit. Qui romane ecclesie pri uilegiū ad ipo sumo omniū eccliarū capite traditū auferre conatur hi p culdubio in heresim labūtur. Drivi legiū aut̄ predictū consistit in hoc q ei deb̄ ab omnib⁹ xpianis obediri. Similiter etiā minor est falsa. Non cī est cōtra statutū ecclesie q aliquis mendicet vel se in statu egestatis ponat. sed hoc est cōtra statutū ecclesie si ab eis qui facultates ecclesie possident eoru necessitatib⁹ nō p̄uidetur. Qñ hec sunt verba capituli inducti ex quib⁹ sc̄ reb⁹ ecclesie ep̄i ⁊ dispē satores earū omnib⁹ cōi vita degere volentib⁹ ministrare cuncta necessaria debent. p̄t melius poterūt vt ne mo in eis eges inueniatur. Ad vi. dō. q illi qui relinquit omnia nihil sibi reservātes. nec marib⁹ opantes non ppter hoc discriminī se exponūt quia deuotio fidelis tanta pbabilit̄ estimatur ⁊ ergisnēto discit. q eis in necessariis p̄uidet. nec etiā tentat deū quia ip̄e promisit mouēdo cor da aliorum eis in necessitatib⁹ p̄uidere. vt p̄z Math. vi. Et quedā glo dicit Lu. viii. Tanta predicatori dī eē fiducia in deo vt presentis vite sū p̄ths ⁊ si non p̄uideat sibi tñ non de futura certissime sciat ne dum occu patur mens ad temporalia min⁹ p̄ dicet eterna. Similiter si aliquis eis inter armatos q̄ defenserent ⁊ aliq causa arma deponeret non tentaret

deū. Si aut̄ eis sol⁹ videretur ten tare denz. n̄i forte interiori inspira tione securus eis de diuino auxilio. sicut beatus Martin⁹ dixit. Ego si gno crucis non clypeo protect⁹ aut galea hostiū cuneos penetrabo secu rns. Similiter videretur esse dei ten tatio si aliquis inter infideles v̄l ho mines inhospitales de necessariis vi c̄tis sibi non prouideret. Qñ dicit gl. Lu. xxij. sup illud q h̄z sacculū tol lat ē. In hoc nobis datur exemplū vt nōn q̄ causa instantē quedā de nostri p̄positi rigore sine culpa inter mittere possum⁹. verbi gratia. Si p̄ inhospitales regiones iter agimus plura viatica licet portare q̄ domi habeam⁹. ⁊ tñ in deserto aliqui sine labore manū sustētati sunt pane di vinitus missio. vt in vitis patrū legi tur. sed privilegia paucorum; non fa ciunt legem p̄munez. Ad septimū dicendū. q hoc q̄ apls laborauit cū poss̄ de euangelio vivere fuit super erogationis. vt p̄z i. ad Cor. ix. Et ideo alij p̄dicatores non tenentur eum in hoc imitari. Sciendū tñ q̄ p̄dicatoz alioq̄ bene faceret nō ac pieno sumpt⁹ ab his quibus predi cat sed de labore manū vivendo in casib⁹ sc̄ illis in quibus apls labo rabat sc̄ ne scandalizaret eos qbus predicabat qui ppter avariciā dare sumptus grauabantur. ⁊ hanc cām ponit. i. ad Thes. iij. Nocte aut die la borantes ne quem vestuz grauare mus. Item vt suo exemplo alij ab oti retraherentur. vnde ibidē subdit non quasi nos non habuerimus po testatem sed vt nosmetipos formam daremus vobis ad imitandum nos Item ad reprimendum rapacitatem p̄suedo apostolorum. Unde dicit. i.

o i

# Quodlibet

ad Cos. undecimo. Qd autem facio et faciam ut amputem occasionem eorum qui volunt occasionem ut in qua glorianter tales inueniantur sicut et nos. Aliquando autem malefacerent predicatores si laboribus manuū se implicarent si sc̄ per laborem a predicatione retrahentur. Unde gl. Lu. xvij. Cauendum est predicatori ne dum occupatur mens ad tempora, lia minus predicet eterna. Ideo dicit Augustinus in sepedito libro. q̄ apostolus dū ess̄ athenis vbi oportebat eum quotidie predicare nō operabatur manibus quod postea fecit veniens Corinthuz vbi iudeis predicabat solo die sabbati. Predicatoribus enim non solum necessarium est ut habeant tempus liberū ab occupationibus in quo predicent sed etiam in quo studeant. cum non habent scientiam ex infusione sicut apostoli sed continuo studio. Unde dicit Gregorius in pastorali exponens illo ero. xxv. Ecles semper erunt in circulis et Eccles inquit semper erunt in circulis. quia nimis necesse est ut qui ad officium predicationis exercubant a sacre lectionis studio no recedant. Ad octavum dicendum q̄ per actionem intelligitur ibi non locum opus manuale. sed omnia que ad activam vitam pertinent. Sollicitudo autem que exhibetur a predicatoribus circa eos qui predican ad activam vitam pertinet. Rationes in contrarium concedo. tamen ultima inducitur preter intentionem. gl. enī dicit lecularia negotia esse que sunt causa pecunie colligēde sine operā manuali ut per mercationem et huiusmodi a quibus se debent servi dei penitus abstinere.

Incipit quodlibet octavuſ sancti Thome.

**Q**uestio nostra circa tria versatur. Primo circa ea que pertinent ad naturam Secundo circa ea que pertinent ad culpam et gratiam Tertio circa ea q̄ pertinent ad penam et gloriam Circa primum querebatur primo de pertinentibus ad naturam increatam. Secundo de pertinentibus ad naturam creatam Circa naturam in creatam duo querebantur. Prior an senarius numerus secundum quem omnes creature dicuntur esse perfecte sit creator vel creatura. Secundo de rationibus idealibus que sunt in mente divina utrum per prius respiciunt exemplata scilicet creaturas ratione sue singularitatis vel ratione nature specificae

## Articulus primus

**A**d primum sic proceditur. vt detur q̄ senarius predictus sit creator. Remota enim omni creatura perfectio non remanet nisi in creatore. Sed remota omni creatura facta in operibus sex diuinorum remanet perfectio in numero scenario. Unde dicit Augustinus. iij. super gene. ad litteram. Itaq; si ista non essent scilicet opera sex diuinorum perfectus ille esset scilicet senarius. Nisi autem ille perfectus esset ista secundum eum perfecta non fierent ergo senarius numerus est creator. Sed dicebat q̄ Augustinus loq;